

	Siccaque, fertur in hiis gradus illi tertius esse.	
	Utilis est sepe stomacho, si sepe bibatur	
10	Expellit partum potu veneremque coercet,	
	Tussim si bibitur compescit, menstrua purgat.	
	Si coquis hanc in aqua, cui vinum iunxeris acre,	
	Compescit talis decoctio tormina ventris,	
	Pulmones iuvat et pectus, morboque medetur	
15	Costarum, quem pleuresim vocat Attica lingua;	275
	Lumbricos oleo decocta et pota repellit.	282
	Cruda comesta recens oculos caligine curat.	285
	Naribus expressus si succus funditur eius	292
	Sistet manantem bene desiccando cruorem.	293
20	Obstat pota nimis vel cruda comesta venenis. etc.	304

S

SABA, sicut dicit glosa Isaie xliii b (3), «civitas est in finibus Ethiopie sita». Secundum Papiam Saba est Arabie regio in qua nunc Sabei habitant, dicta a filio Chus, qui nuncupatus est Saba. Alii dicunt quod Saba est fluvius a qua tota regio
5 nuncupatur.

SABAOTH unum est de decem nominibus quibus deus nominatur apud Hebreos, que ponuntur supra ubi exponitur alleluia. Et interpretatur Sabaoth exercituum sive virtutum. Unde in Psalmo (23,10), «Dominus virtutum ipse est rex
5 glorie».

SABATH dicitur Februarius, non Ianuarius, ut scribitur in

8 illi *om.* D 12 aquam ABD 14 pulmonem B 15 attrita AC;
in marg. ad hunc versum add. C: grecismus atticus eolicus doricus
ionicusque boetus / grecorum vere tibi sunt idiomata quinque (VIII,
1-2) 16 et pota] potata B 17 recens] cecos B 20 pota] cocta B;
etc *om.* B

SABA 1 isaie xliii b *om.* B; xliiii b C; in finibus] insibus C 2 arabia
ACD 3 sabai populus quidam B; dicta autem a D 4 fluvius]
fluminis B

SABAOTH 1 decem *om.* B 3 dominus exercituum A; sive] vel A 4 unde . . . virtutum *om.* B

Papia; sed forte vitio scriptorum sic erratum est sicut et hodie multi errant legentes Sabbato pro Sabath Zacharie i (7) ubi vera littera est hec, «In die xx et iiii undecimi mensis
 5 Sabath», ubi dicit glosa, «Sabath interpretatur virga». Item per aliam glosam patet quod sit Februarius, ubi dicitur «Merito hoc mense videntur Iudaico populo que sequuntur, quia, sicut Februarius est acerrimus in frigore hiemis et sicut
 10 xxiiii die mensis, luna deficiente in tenebras, obscuriorem habet noctem, sic populus, cui hec nuntiabantur, ex maiore sui parte in Medis et Chaldeis et Assiriis exulabat, quasi ceco et perpetuo noctis et frigoris horrore depressus». Illud idem probatur per textum, qui dicit «undecimi mensis», Sabath enim, id est Februarius, undecimus est apud Hebreos, sicut
 15 ostensum est supra ubi exponitur Adar, ubi ponuntur nomina et ordo mensium apud Hebreos.

SABBATI ITER dicitur mille passus ultra quos non licebat Iudeis ire in die Sabbati Actuum i (12).

SABBATO SECUNDO PRIMO Luce vi a (1) sic exponitur in Historiis (1572), «In secundo sabbato primo cum Iesus transiret per sata' etc. vel in secundo sabbato a primo, de quo precessit sermo. Vel est una dictio, quam dicit Lucas
 5 deuteronomion, nos 'secundo primum'. Hoc est autem sabbatum quod discipuli non observabant. Ideo secundum vocavit ut significaret spirituale sabbatum iam inchoari et legalia cessatura. Est enim sabbatum secundo primum spirituale, id est superius inferiori legali, scilicet quod factum
 10 est de secundo primum. Quod enim prius fuit tempore factum est secundum munere gratie, et quasi caput versum

SABATH 2 scriptorum non intelligentium sic B; sicut] sic AD 4 hec om. C 6 glosam ieronimi patet C 8 februarius D 13 sabaoth B 15 ponuntur] exponuntur D

SABBATO SECUNDO PRIMO 5 protheron BC; est om. BC; autem om. A 5-6 sabbato B 6 secundum] sic D 8 secundum D 9 scilicet] secundum B; quod] quo AD 10 de om. B; in tempore C 11 factum est om. D

est in caudam. Unde, si quis Christum appellare velit Adam secundo primum, non errabit. Vel sunt due dictiones et dicuntur secundum et primum tempore, quia et ante legem
 15 sancti patres spiritualiter sabbatizaverunt et post, legali sabbata interposito». Glosa Luce vi (1) sic exponit, «Diem quo sabbati littera solvi cepit deuterom proton, id est secundo
 20 primum, sabbatum vocat per hoc innuens observantiam legalis sabbati cessaturam et naturalis sabbati libertatem, que usque ad Moysi tempora ceterorum dierum similis erat, restituendam, qua credentes per gratiam septiformis spiritus a malis operibus vacant. Sabbatum ergo gratie, ad distinctionem legalis sabbati, dicitur secundo primum, id est primum secundo prelatum, id est superius et dignius inferiori
 25 sabbato legali, vel ordine temporis quia et ante legem hoc sabbatum ita a patribus agebatur sicut et nunc agitur a nobis. Vel secundum primum potest dici ut unum idemque Novi Testamenti sabbatum sit et secundum, quia post legale a nobis observatur, et primum, qui ante decreta legis a iustis
 30 observabatur antiquis». Et dicit Interlinearis quod secundo-primum potest esse una dictio vel due».

SABBATISMUS dicitur sabbati observantia vel feriatio sive requies. Unde ad Hebreos iii g (9), «relinquitur sabbatismus populo dei», glosa «relinquitur», id est reservatur, «populo dei sabbatismus». «Id est plene quietis feriatio, iocunditas
 5 significata per sabbatum quo requievit dominus, et in lege observabatur. Tunc enim perfecte vacabimus, gratia maiore refecti et deo pleni. Et sciemus perfecte quia ipse est deus, ibi vacabimus et videbimus et laudabimus et amabimus».

12 unde et si quis C 13 erravit B 15 post] primo C 16 Glosa sequitur Bedam, PL 92, 392. 17 solvit C; protheron B; id est] a B 20-21 restituenda B 22 ergo] quoque A 24 prolutum BC; inferiori] inferius A, inferiora C 27 novique B 29 nobis] vobis C 30 observabatur et antiquis C
 SABBATISMUS 1 sabatissimus BCD 2 g] igitur D, c C 2-3 relinquitur . . . dei om. C 3 glosa] igitur C 6 gratia] gloria AD 7 deo] ideo C; est om. C; deus] dominus A 8 et videbimus om. B

SABBATIZARE dicitur requiescere vel sabbatum observare.

SABBATUM expositum est ubi exponitur neomenia cum aliis festis legalibus. Et, sicut dicit Huguicio (s. v. Sabeth), sabbatum dicitur «a sabbe, quod est vii secundum Hebreos, vel a sebo, quod lingua Syrorum dicitur vii». Et nota quod
 5 «septima dies septimane et ipsa septimana dicitur sabbatum. Unde», Luce xviii c (12), «'Ieiuno bis in sabbato', id est in septimana». Unde Iudei solebant ita computare dies: prima sabbati, id est prima dies septimane, secunda sabbati, tertia sabbati et sic usque ad sabbatum, cuius nomen non mutatur
 10 sed dicitur sabbatum simpliciter. Vel dicitur sabbatum sabbatorum per excellentiam aliorum dierum qui sabbata appellantur. Unde in Compoto (*De temp.* iv) ubi agitur de nominationibus dierum dicitur, «Silvester ferias et Hebreus sabbata dicit». Unde Matthei xxvii (28,1), «Vespere sabbati
 15 que lucescit in prima sabbati» quod exponitur in loco suo.

SACRASANCTA et sancta sanctorum ita distinguuntur ab Ysidoro in xv (4,1-2) Ethimologiarum ubi agit de edificiis sacris, «Sacra sunt loca divinis cultibus instituta, utpote ea in quibus altaria litantibus de more pontificibus consecran-
 5 tur. Sancta iuxta veteres exteriora templi sunt. Sancta autem sanctorum locus templi secretior ad quem nulli erat accessus nisi tantum sacerdoti. Dicta autem sancta sanctorum quia exteriori oraculo sanctiora sunt, vel quia sanctorum comparatione sanctiora sunt, sicut Cantica Canticorum
 10 quia cantica universa precellunt, sanctum autem a sanguine

SABBATUM 3 a om. C; est om. A 4 quod est lingua B; siriorum CD 5 septima] septem B; die D 7 solent BC; ita om. C; diem A 8-9 tertia sabbati om. C 11 excellentiam respectu aliorum BC; que C 14 vespere autem sabbati B 15 lucessit BD; exponetur B; in om. B

SACRASANCTA 1 sancta om. B 1-2 isid eth li xv c iiii in principio C 2-3 ubi . . . sacris om. C 4 Post litantibus add. C: id est sacrificantibus 4-5 Post consecrantur add. A: litantibus id est sacrificantibus 5 exteriora] interiora A 5-6 autem om. D 7 sancta om. D 8 quia primum] quod C 10 precellant C

hostie nuncupatum; nichil enim sanctum apud veteres dicebatur nisi quod sanguine hostie esset consecratum aut conspersum. Item sanctum quod extat esse sancitum. Sancire autem est confirmare et irrogatione pene ab iniuria defendere; sic et leges sancte et mores sancti dicuntur». Verba sunt Ysidori. Papias dicit quod sacra dicuntur sacrificia, sollemnia, sancta, religiones, cerimonie, are, foci, delubra, templa.

SACRAMENTUM est invisibilis gratie visibilis forma, ita ut eius similitudinem gerat et causa existat. Quod autem dicitur sacramentum quasi sacre rei signum vel sacrum secretum ethimologia est. Ob hoc autem sacramentum dicitur quod sub visibili specie virtus sacramenti invisibiliter percipitur. Unde et grece misterium dicitur quod secretam et reconditam habeat dispensationem. Item, sicut ait Papias, sacramentum est pignus sponsionis, vocatum sacramentum quia violare quod quisque promittit perfidie est, sicut quando quis venit contra fidem vel prestitum iuramentum.

SACRIFICIUM «dicitur quasi sacrum factum quia prece mistica consecratur pro nobis in memoriam dominice passionis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vi (19,38) ubi agit de officiis, sed hoc pertinet ad corpus Christi. Generalius autem sumit sacrificium paulo ante (19,28) dicens, «Duo sunt que offeruntur: donum et sacrificium. Donum dicitur quicquid auro vel argento aut qualibet alia specie efficitur. Sacrificium autem est victima et quecumque in ara cremantur seu ponuntur».

12 hostie *om.* C; esset] fuerat B 12-13 conspersum] asperum C
 13 sanctum est C; extat] constat B, *om.* C; esse] est C; sancti-
 tum O; sanctire ABC 14 irrogare C 15 sic] sicut B; sancte esse
 et B 16 papias vero dicit B 17 foci] fana B; delubria B
 SACRAMENTUM 6 ministerium D; dicitur eo quod B 7 habeat speciem
 vel dispensationem B; dispensationem] discretionem D 9 per-
 mittit C 10 prestitum] prefatum C, prestitutum D
 SACRIFICIUM 2 pro nobis *om.* C 5 sumit] sunt B, *om.* A 5-6 duo au-
 tem sunt A 7 qualibet] quacumque B; efficitur] offertur C

SACRILEGUS proprie dicitur sacre rei fur, et componitur a sacer, sacra, sacrum et lego, gis pro furari. Versus (*Grec.* XVII, 56-7),

5 Fur aurum, virgo flores, mare navita, libros
Clericus equivoce singula quisque legit.

Et ponitur sacrilegus pro scelerato vel flagitioso sive facinoroso. Unde sacrilegium dicitur proprie sacre rei furtum. Committitur autem sacrilegium furando sacrum de loco sacro aut sacrum de non sacro aut non sacrum de sacro. Invenitur
10 autem sacrilegium quandoque pro scelere vel enormi facto.

SACCUS «a sago dicitur eo quod sacco consuto efficiatur quasi sagum». Ita dicit Papias. Est autem sagum quoddam genus panni vel vestis tenuis et abrasa. Item a sacco hic sacculus et hic sacellus, ambo diminutiva. Versus de proprietatibus sacci,
5

Monoculus fortis vilis latices vomit asper,
Ventre non turget, premit et non pascit asellum,
Pulverulentus abit saccus sub vincla molentis.

Et adaptantur penitenti.

SADUCEI interpretantur iusti vel iustificati seu iustitie aut iustificationes. Hii resurrectionem spernunt dicentes in Genesi (3,19) scriptum esse «Terra es et in terram ibis». Vide supra ubi exponuntur Pharisei, Saducei et Essei.

SAGENA genus est retis piscatorii et dicitur a sagum, gi propter sui raritatem. Ita dicit Hugutio (*s. v. Sagio*).

SAGINA, ne dicitur pinguedo, unde saginatus, ta, tum, id est pinguis, incrassatus, obesus.

SACRILEGUS 6 sacrilegus] sacrilegium B 7 proprie] quasi C 8 communiter C 8-10 furando . . . autem *om.* D

SACCUS 3 abrase B 4 hic *om.* A; versus] versa C 8 pulverentus D; monentis A 9 aptantur C, adaptantur hec omnia penitenti B

SADUCEI 1 id est seu A 3 esse] est B

SAGENA 1 piscatorus B; et dicitur a sagum gi *om.* D

SAGINA 2 et obesus B

SAGITTA dicitur a sagio, gis, sagivi, gitum, quod est ingeniose agere vel divinare. Unde hic et hec et hoc sagax, id est ingeniosum vel velox vel investigator. Dicitur autem sagitta a sagio vel a sagax eo quod «sagaci ictu vel ingenioso
5 vel veloci mittitur. Pennis enim fertur quasi avis ut mors celeriter percurrat ad hominem». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (8,1).

SAGINA (*sc. saga*), natis, sicut dicitur in Historiis (1208), «stratura est asini», sed Hugutio (*s. v. Sagio*) dicit hec «sagina, que corrupte vulgo dicitur salma, scilicet sella vel pondus et sarcina que ponitur super sellam. Et dicitur sic a
5 stratu sagorum, id est sellarum, vel quia selle sago solent sterni». Item Papias dicit sic, sagina «que corrupte vulgo salma dicitur a stratu sagorum nuncupatur. Unde et caballus saginarius, mula saginaria dicitur».

SAGUM indumentum est militare quadratae forme. Item sagum est quoddam genus panni vel vestis tenuis et abrasa. Iuvenalis (6,591),

An saga vendenti nubat, caupone relicto.

5 Unde hoc sagulum idem. In Historiis (1176) autem super Exodum (26) dicitur sic, «Secundum operimentum erat saga cilicina, que et vela caprilacia vel capillacia quandoque vocantur, que facta erant de pilis caprarum, quos capillos quandoque dicimus ad differentiam lane ovium, de quibus cilicia
10 fiunt. Unde et illa saga cilicina dicta sunt, que pro asperitate saga dicebantur. Unde et quosdam pannos asperos sagias dicimus, vel forte ex quadratura saga dicta. Unde et militare

SAGITTA 1 sagivi gire gitum tu A 3 dicit C 4 ictu] iactu AB, actu D; vel *alterum*] id est BC 6 hominem] populum B

SAGINA 2 statura D; dicit quod hec ABD 2-3 sagina huius ne A 3 scilicet] est B 4 super] supra D 5 selle] sepe B 7 nuncupatum C 8 mula saginaria *om.* D, mulaque saginaria B

SAGUM 2 arbas C 4 nuba D 6 secundum *om.* A 8 erat A 9 quibus et cilicia C 10 cilicina] cilicia C 11 sagia B

pallium a Gallis inventum, quia quadrum erat, sagum dictum est. Quod tamen quia ex aspero fiebat panno contra aeris
 15 intemperiem etiam potuit dici sagum».

SAL dicitur a salio, lis. Unde Ysidorus *Ethimologiarum* xvi (2,3) ubi agit de glebis ex aquis sic ait, «Sal quidam dictum putant quod in igne exiliat. Fugit enim ignem dum sit igneum, sed naturam sequitur quia ignis et aqua semper in-
 5 ter se inimica sunt. Alii a salo et sole sal vocatum existimant; nam aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis littoribus vel scopulis derelicta. Sunt et lacus et flumina et putei e quibus hauritur. Dehinc in salinas ingesta sole siccatur» etc. Idem ibidem (4), «Tragaseum nec crepitat in igne nec
 10 exilit; Agrigentinum Sicilie flammam patiens in aqua exilit, in igne fluit contra naturam». Versus de Grecismo (xii, 118-20 +),

Sal neutri generis condimentum notat oris,
 Hic sal si dicas, id quod sapientia signat,
 15 Cuius plurale reprehensio dicitur esse.
 Verbaque cum salibus asperiora dedit.

Item Ysidorus (xvi, 2,6) loquens de sale dicit, «Denique cornea videmus corpora nauticorum. Quin etiam pecudes, armenta et iumenta sale maxime provocantur ad pastum,
 20 multum largiores lacte multumque gratiores casei dote. Corpora etiam sal astringit, siccatur et alligat. Defuncta etiam a putrescendi labe vindicat ut obdurent».

SALIO, lis pro saltum facere neutrum est. Et secundum Priscianum (x, 51) triplex habet preteritum, scilicet salii, salivi et salui. Et similiter ab eo composita triplicant preterita. Unde

13 gallicis A; quia autem quadrum B 13-14 dictum est] dicitur B
 15 temperiem B
 SAL 1 dicitur] etiam D 2 ubi om. D; ex] et ACD 3 dum sit] dimisit A 4 sed] si D 5 alii] et D 5-6 existimant hoc salum sali idem est quod mare nam A 6 extremis] exemis B 7 derelicta id est a sole docta C 10 silicie ACD, cilicie B 21-22 a putredine vel a labe B; putrescendo D; vindicat C
 SALIO (1) 2 scilicet] id est C 2-3 salii et salui et salivi C

in multis locis invenitur in biblia insiluit pro insiliit vel insi-
 5 livit et est antiqua littera. Unde et in Doctrinali (917) scri-
 bitur,

Dat salio salii, salui quoque sive salivi.

Item salire, quod vulgo dicitur ammontare, pertinet ad ani-
 malia irrationalia. Unde Ovidius (*A.A.* II, 485),

10 Leta salitur ovis, tauro quoque leta iuvenca.

SALIO, lis, lii vel livi, lire, salitum, tu dicitur sale condire,
 et salo, lis, li, salere, salsum, su invenitur in eodem sensu
 et utrumque dicitur a sal, salis. Unde non videtur quod in
 istis duobus verbis debeat duplicari l, sicut nec duplicatur
 5 in sal, salis, a quo descendunt. Versus,

Salio, salo cibum, salio pede, cantica psallo.

Salo facit sali, salivi salio, psallo

Dat psalli, salui salio salique salivi.

Salo facit salsum, salitum salio, saltum

10 Dat salio, psallo tantum manet absque supino.

Item alii versus,

Sal, salis et salio pede dicimus abbreviando,

Sed producuntur ut ab hiis differre notentur

A sale verba duo venientia: salio, salo,

7 salio *om.* D

In marg. fol. 161 add. D: salio componitur assilio lis id est aggredi in-
 vadere et construitur cum dativo et accusativo ut assilio menia et
 assilio menibus item assilire est cum gaudio salire ad aliquid unde
 hic assultus tus tui et assulto tas item componitur absilio absilis
 absultum in diversas partes salire separari abrumpi item componi-
 tur circumsilio is id est undique aggredi item componitur desilio
 lis id est de uno loco ad alium transire unde desultor dicitur qui de
 uno loco ad alium locum se transfert item componitur dissilio lis
 id est separari abrumpi item exilio lis exultum id est valde vel extra
 salire unde exulto tas frequentativum exilire proprie fit cum leta-
 mur et ideo ponitur exultare pro letari sed proprie saliendo item
 componitur insilio lis id est insultum facere invadere unde hic insult-
 tus tui et insulto tas et est proprie insultare quadam cavillatione
 et derisione hostem deridere unde de beato laurentio subicientibus
 prunas insultat levita christi

SALIO (2) 9 salio quoque saltum A

- 15 Ne dicendo 'salis' commune sit omnibus istis.
Nec sequimur plures l in hiis geminare volentes,
Nam primitivi vox non vult l geminari.

Ad evidentiam istorum versuum nota quod salis genitivi casus huius nominis sal utramque sillabam habet correptam. Salis
20 secunda persona huius verbi salio pro condire cibum utramque producit, salis secunda persona huius verbi salo producit primam et corripit secundam, salis secunda persona huius verbi salio pro facere saltum corripit primam et producit secundam. Et ita patet quomodo diversificatur hec dictio
25 salis in omnibus istis, causa differentie.

SALINA dicitur locus ubi fit vel invenitur sal, et differt a salino, nam salinum dicitur vas ubi reponitur sal, et ponitur quandoque pro tota suppellectile quia sal condimentum est omnium ciborum. Unde Persius in illa satira (3) «nempe hec
5 assidue» etc. (25),

Est tibi far modicum, purum et sine labe salinum.

SALIVA dicitur a sale quia salsa est et salis habet saporem. Vel dicitur a salio, salis quia salit ab ore.

SALIUNCA est «quedam herba spinosa» et dicitur a salio, lis eo «quod salire facit calcantes et propter hoc vulgariter calcacrepa dicitur quia calcantes facit crepere. Virgilius (Ec. 5,17),

- 5 Puniceis cedit quantum saliunca rosetis».

Ita dicit Hugutio (*s. v.* Salio).

SALIX arbor quedam est de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,47), «Salix dicta quod celeriter saliat, id est ve-

20-23 salio . . . verbi *om.* A 21 salo] salio C 24 et *om.* D

SALINA 3 suppellectili C, super lectile B 6 labe] sale AD

SALIUNCA 1 salunca D 3 calcatrepa O; dicitur] vocatur B; crepere] crepare ABC, trepidare D; Virgilius] versus C 5 quantum] cantum D; salunca D; roseris B

SALIX 2 quod] quia B

lociter crescat, arbor lenta, vitibus habilis vinciendis. Cuius
seminis hanc dicunt esse naturam ut si quis illud in poculo
5 hauserit liberis careat, sed et feminas infecundas efficit ».

SALSUGO secundum Papiam dicitur « res que salsum facit ». Item salsugo dicitur amarus et salsus humor terre, et dicitur a sale, et inde dicitur salsugineus, nea, neum et salsuginosus, sa, sum.

SALTEM coniunctio est adversativa. Unde dicit Priscianus (xvi, 10), « Adversative coniunctiones sunt que adversum convenienti signant, ut quamquam, quamvis, etsi, etiamsi, saltem », et subdit ibidem, « hec etiam diminutivam signi-
5 ficationem habent. Unde Virgilius in iiii (327-8) Eneidos,

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam suboles ».

Et, sicut dicit Hugutio (*s. v. Salio*), « Saltem per sincopam dicitur a salutem et est tractum a captivis qui, quando capti
10 erant, ex timore non valentes integre loqui dicebant 'saltem saltem', quasi ut vitam et salutem non amitterent ». Eliminandus autem est quorundam abusus qui pro saltem dicunt saltim, quod nusquam in biblia scribi debet et longe aliud quam saltem significat. Cum enim dicitur « iste venit
15 saltim » idem est dictum quod « iste venit saltando » sive « per saltus », et est adverbium qualitatis. Unde dicit Priscianus (xv, 19), « In im denominativa inveniuntur et verbalia sive participialia, ut a parte partim, a viro viritim, a vice vicissim,

3 habilis] apta A; vinciendis B; huius D 5 cairat D; et] etiam C
SALSUGO 1 salsugo salsuginis B

In marg. fol. 161^v add. D: salsus dicitur doctus temperatus sapientie sale conditus sal etiam pro sapientia ponitur unde componitur insulsus id est indoctus

SALTEM 2 sunt] sum C 3 convenientes C; ut] a A, om. D; etiamsi] etiam B, etsi C 4 hec] hoc AD, hic C 5 habet O; eneidum C 6 te] re CD; suspecta B 7 soboles D 9 salute D; quando om. C 11 ut om. C; ut et vitam D; vitam etiam et C; salutem] sanitem B 15 est om. D 17 im] ivi B, iiii C

ab ostio ostiatim, a statu statim, a raptu raptim, a saltu
20 saltim» etc.

SALTUS «sunt vasta et silvestria loca ubi arbores exiliunt
in altum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiiii (8,25)
ubi agit de montibus. Idem xvii (6,8) ubi agit de arboribus,
«Saltus est densitas arborum alta, vocata hoc nomine eo quod
5 exiliat in altum et in sublime consurgat».

SAMIA dicuntur «fictilia a Samo insula ubi figulorum ars
primo inventa est». Ita exponit Interlinearis super illum
locum Isaie xlv (9), «testa de samiis terre» etc. Alii dicunt
quod est locutio ecliptica et subintelligitur in vasis. Papias
5 sic dicit, Samia vasa quidam putant ab oppido Samo grece
habere nomen. Ysidorus Ethimologiarum xvi a (1,7) sic ait,
«Terra Samia a Samo insula dicta, glutinosa et candida et
lingue lenis, medicamentis et vasculis necessaria». Idem in
xx (4,3), «Fictilia vasa prius in Samo insula inventa tra-
10 duntur, facta ex creta et indurata igni, unde et Samia vasa».

SAMBUCA vel sambucus est quedam parva arbor et mollis.
Unde hec sambuca quedam species simphonie dicitur quia
fit de illa arbore. Unde Ysidorus Ethimologiarum iii a (21,7),
«Sambuca in musicis species est simphoniarum. Est enim
5 genus ligni fragilis unde tibie componuntur». Persius (5,95),

Sambucam citius caloni aptaveris alto,

id est robusto. Calo, nis dicitur lignorum portitor.

SANCTA SANCTORUM supra exposuimus ubi ponitur diffe-
rentia inter sacra sancta et sancta sanctorum.

19 ab ostio . . . statim *om.* A; ostio] hostis C

SALTUS 1 vasta *om.* A 3 xviii C

SAMIA 4-5 et . . . dicit *om.* D 4 in *om.* B 5 samia dicit vasa A 8 idem]
quos B

SAMBUCA 2 hec *om.* C; dicitur] est B 4 simphonie B 6 sambucum B
7 calo . . . portitor *in marg.* D; portitor unde caloni id est robusto B

SANCTA 2 sancta *alterum om.* B

SANCTUS, ta, tum dicitur a sancio, cis, sanxi, cire, sanctum, ctu. «Vetustissimi tamen», sicut ait Priscianus (x, 49), «san-
 civi vel sancii in preterito proferebant». Et tunc facit sanc-
 citum, tu in supino. Et est sancire idem quod «statuere, con-
 5 secrare, sanctum facere et irrogatione pene ab iniuria de-
 fendere. Sic et leges sancte et mores sancti dicuntur et ho-
 mines in fide confirmati sancti dicuntur. Item sancti quasi
 sanguine tincti dicebantur antiquitus sanguine hostie repersi,
 nichil enim sanctum apud veteres dicebatur nisi quod san-
 10 guine hostie esset consecratum vel conspersum. Unde et hii
 qui purificari volebant sanguine hostie tingebantur. Unde
 et sancti postea dicebantur. Sed modo dicitur sanctus qui-
 cumque est in fide confirmatus». Ita dicit Hugutio (s. v.
 Sueo) et accepit de Papia et Ysidoro.

SANCTIFICARE dicitur sanctum facere, dedicare, consecrare,
 confirmare, rem aliquam domino sequestrare. Versus,

Quando sequestratur domino res sanctificatur.

Unde hec sanctificatio, quod participat significationes verbi
 5 a quo descendit et ponitur quandoque pro templo.

SANCTIFICATA «est ab immunditia sua» dicitur de Beth-
 sabee ii Regum xi (4). «Hoc est post coitum lavit se vel
 concepit et cessavit menstruus sanguis, quem natura dicitur
 reservare post conceptum in alimoniam fetus. Quidam tra-
 5 dunt eum tunc menstruatam esse et ad tactum regis cessare
 menstruum». Ita scribitur in Historiis (1333).

SANCTUARIUM dicitur res sancta vel locus ubi sancta repo-
 nuntur vel ubi res sancte geruntur.

SANCTUS 1 sancio ABD 2-3 sanctivi ABD 3 sanctii ABD 3-4 sanc-
 citum ABD 4 post supino *add. in marg.* A: unde et participium
 sanctitus ta tum; sanctire AB 6 sic et] sicut B; et *primum om.*
 CD 7 confirmati *om.* C 10 esset] fuisset B, esse C; vel] et A
 11-12 unde . . . dicebantur *om.* B 13 confirmatur A

SANCTIFICARE 4 quod *om.* B

SANCTIFICATA 1 de *om.* C 1-2 bersabee C 3 menstrius C 6 men-
 strum AD, monstruum C

SANDALIUM dicitur «quidam pannus quo equi nobilium solent cooperiri», et dicitur a sandice. Nam hec sandix, cis dicitur «quedam herba rubea de qua fit tinctura». Item «sandali-
 5 corpora mortuorum. Unde hec sandipila dicebatur feretrum quo mortui ferebantur». «Sandalia etiam dicuntur sotulares quibus papa et episcopi solent missam celebrare, quales Beatus Bartholomeus deferebat». Ita dicit Hugutio (*s.v.* Sandis et Sandalia). Item super illum textum Marci vi (9)
 10 «calciatos sandaliis» etc. dicit Beda (*In Mr. Evang. Expositio*, PL 92,187), «ut pes neque tectus sit neque nudus ad terram». Et super eundem locum dicitur in Historiis (1565), «Iussit eos uti soleis, id est sandaliis, id est peronibus».

SANGUIS latine vocatus eo quod suavis sit. Unde et homines quibus dominatur sanguis dulces et blandi sunt. Vel dicitur a saliendo quia saliat. Ysidorus autem Ethimologiarum xi (1,122-3) dicit sic, «Sanguis ex greca ethimologia
 5 nomen duxit quod vegetet et sustentet et vivat. Sanguis autem est dum est in corpore, effusus vero cruor dicitur. Unde cruor vocatur a currendo eo quod effusus decurrit, vel ab eo quod currendo corruat. Alii cruorem interpretantur sanguinem corruptum qui emittitur... Sanguis autem non est
 10 integer nisi in iuvenibus. Nam dicunt phisici minui sanguinem per etatem, unde et in senibus tremor est». Item Priscianus (v,54) ubi agit de numero nominis dicit quod «non utimur hoc nomine pluraliter quia auctoritas deficit. Cui si collibuisset, quomodo cruores, dicere sanguines... nichil im-

SANDALIUM 1 quidam *om.* C 2 hec *om.* C; huius cis A 5 sandapila B
 10 calciates A 12 dicitur *om.* D 13 id est] et C; pennibus B;
 post peronibus *add.* C: papias perones sunt rustica calciamenta hic
 pero item perones ex corio crudo fiunt

SANGUIS 1 vocatur A, vocatus est B 2 in quibus B 5 quod] quia D;
 quod eo vegetet anima et C; sustentetur C 6 est *om.* C; corpore
 dum vero effusus B 7 vocatur] dicitur B, *om.* C; decurrit] currat
 B 7-8 ab... corruat] a crudelitate eo quod crudelitate vel violentia
 effunditur a corpore B 10 iuventibus D 12-13 utuntur C

15 pediret». Sacra tamen pagina, que non subiacet regulis Prisciani, raro in propria significatione eo utitur in plurali, sed pro peccatis ponit frequenter. Item dicit Priscianus (VI, 66) quod «antiqui solebant dicere hoc sanguen». Nota quod sanguis plura significat. Unde versus (*Grec.* IX, 196-7),

20 Sanguis progenies, sanguis quoque dicitur humor,
 Sit tibi peccatum sanguis, sanguis quoque vita.

SANGUISUGA vermis est aquatilis, scilicet yрудо; ceno alitur. «Potantibus insidiatur, cumque illabatur faucibus vel uspiam adherescit sanguinem haurit; et cum nimio cruore maduerit evomit quod hausit». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (5,3). Et licet componatur a sanguis et sugo, gis, quod primam sillabam producit, tamen sanguisuga penultimam corripit. In multis enim compositis inveniuntur sillabe breves que in componentibus producuntur et econverso. Unde in Doctrinali (2172-3) scribitur,

10 U pre g longa, tamen hinc tibi coniuge dempta
 Sugo producis, sed sanguisugam breviabis.

SANIES, id est putredo, dicitur a sanguis, nis. Unde Ysidorus Ethimologiarum iii (8,22) ubi agit de morbis in superficie sic ait, «Sanies dicta quia ex sanguine nascitur. Excitato enim calore vulneris sanguis in saniem vertitur. Nam sanies non fit in quocumque loco, nisi ubi sanguis advenerit, quia omne quod putrescit, nisi calidum et humidum fuerit, quod est sanguis, putrefieri non potest. Sanies autem et tabes sibi

15 que non om. D 17 item] ita ACD 18 solent C; dicere frequenter hoc C 21 sanguis peccatum sanguis quoque sit tibi vita C

SANGUISUGA 1 yрудо gallice sansue que ceno id est luto aqueo alitur B 2 potantibus] ambulatibus B; cumque] cum C 2-3 cumque... adherescit] insidiatur et tibiis vel uspiam faucibus B 3 adherescit] adheserit C 3-4 cruore tandem maduerit B 4 evomit quod hausit] sanguinemque hausit evomit B 6 sanguisuga D 10 hinc] huic C

SANIES 3 quia] quod ACD 4 saniem] sanie D 7 sibi] sic B

differunt. Fluere enim sanie vivorum est, tabe mortuorum». Vel sanies est que fluit, tabes que stat, quasi stabes.

SAPHIRUS lapis est pretiosus «ceruleus cum purpura habens pulveres aureos sparsos; optimus apud Medos, numquam tamen perlucidus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (9,2). In glosa autem que scribitur in fine Apocalipsis (21,19) 5 dicitur quod saphirus «similis est sereno celo qui, percussus radiis solis, ardentem emittit fulgorem». Et dicunt quidam quod dicitur a saphir hebraico, quod interpretatur bonitas. Et nota quod invenitur saphirus quandoque prima produ-cta, quandoque correpta. Quod autem quidam dicunt saphirum 10 pro vitro, media correpta magister Bene (*Paris. Lat. Nouv. Acq.* 353, fol. 49) dicit esse trutannicum. Unde per consequens trutannicus videtur ille versus et sui similes, scilicet (*Grec.* XII, 121),

Pro vitro saphirum, pro gemma dico saphirum.

15 Credo quod Bene sensit, quia numquam inveni pro vitro.

8 sanie] sanguine B; tabe vero mortuorum B 9 est *om.* A; tabes aut que B

In marg. fol. 163 *add.* D: sapio sapis duo significat sapere id est habere saporem ut iste cibus bene sapit et est absolutum secundum hoc invenitur tamen constructum cum accusativo vel quia tunc per accusativum designatur causa et ponitur pro ablativo ut iste cibus sapit saporem id est sapore vel quia in eo intelligitur verbum quod exigit accusativum ut iste cibus sapit carnes asininas id est saporem representat vel imitatur illas item sapere id est habere sapientiam et est hec significatio tracta ex persona sicut enim per saporem discernimus cibum sic per sapientiam res et sicut gustus aptus est ad discretionem saporis ciborum sic et sapientia ad discernendas causas rerum

SAPHIRUS 9 quod... dicunt] quidam autem dicunt C 10-11 bene bene proprium nomen est magister dicit B 11 *Post* trutannicum *add. in textu* A, *in marg.* D: quidam magister vocabatur bene; unde et per B 12 trutannicus esse videtur B; scilicet *om.* C 14 dico] pone B; *post* saphirum *add.* B: item alii versus porticus est rome quia dum spatiando fero me / res querendo novas inveni de saphiro vas nescio tamen utrum bene senserit qui versus edidit quia ego numquam inveni alicubi alias pro vitro 15 credo... vitro *om.* B; quia numquam *om.* C

SARABALLUM, saraballi et saraballa, lorum lingua Chaldeo-
rum vocantur «crura hominum et tibie. Unde et brache,
quibus hec teguntur, dicuntur saraballa quasi tibiales et cru-
rales. Unde Danielis iii (94) dicitur 'Saraballa eorum non
5 sunt immutata'. Saraballa enim dixerunt ibi Aquila et
Theodotio, non, ut corrupte quidam legunt ibi, saraba-
ra. Et sunt sarabare fluxa et sinuosa vestimenta vel capi-
tum tegmina qualia videmus in capite Magorum picta et
sunt proprie Parthorum. Et», sicut dicit Hugutio (*s. v.*
10 Sarabellum), «trahitur hoc nomen . . . a sare, quod est la-
xare».

SARCINA dicitur onus vel pondus, gallice fardel.

SARCOPHAGUS, ut ait Hugutio (*s. v. Sarcio*), dicitur «lapis
in quo mortuorum corpora conduntur». Et dicitur a sarcos,
quod est caro, et phagin, quod est comedere, quia corpora
in eo condita absumuntur. «Unde et quodlibet sepulchrum
5 vel area in qua ponitur mortuus dicitur sarcophagus quia ibi
carnes consumuntur». Secundum Papiam et secundum Ysi-
dorum Ethimologiarum xvi (4,15) videtur quod debeat di-
ci hoc sarcophagum. Sarcophagus enim lapis in Troade
silva nascitur et corpora mortuorum condita in eo infra xl
10 dies absumi dicunt exceptis dentibus. Unde et nuncupatur,
sarcia enim caro et fagin comedere dicitur. Ita dicit Papias
et preponit ibidem dicens, sarcophagus archa est in qua
mortuus clauditur, et subiungit verba Ysidori Ethimologia-
rum xv (11,2) ubi agit de sepulchris ubi dicitur, «Sarco-

SARABALLUM 1 lingua] ligna A 5 imitata A, immitata D; enim] eius
AC 7 sinuosa] fumosa A, simiosa C, simosa D 9 porthorum C; et
om. B 10 et trahitur B; est om. A

In marg. fol. 163^v add. D: sarcio sarcis sarsi sartum secundum antiquos
sarcivi sarcitum id est suere unde satores quasi sutores

SARCOPHAGUS 3 quod alterum om. D 5 ponitur] posita AC 6 absumuntur et consumuntur B; secundum alterum om. CD 7 deberet
C 8 lapis est C 10 dicuntur C 11 sarcia vel sarchia D; Papias]
glosa papie C 12 sarcofagum B 14 ubi dicitur om. B

15 phagum grecum nomen est, sic dictum quod ibi corpora
absumuntur» etc.

SARCULA ferramentum est cum manubrio ad purgandas se-
getes aptum. Et dicitur a sario, saris, sarii vel rivi, rire, quod
est purgare, circumfodere herbas et nociva avellere. Et est
sarculum neutri generis. Unde Ovidius *Methamorphoseon*
5 xi a (36),

Sarculaque rastrique graves longique ligones.

Item sarculum idem est quod sarpa.

SARDIUS gemma est «sanguinei coloris, rubee terre speciem
habens». Ita dicitur in glosa que ponitur in fine *Apocalipsis*
(21,20). Et de ista gemma dicit *Ysidorus Ethimologiarum*
xvi (8,2) quod «dicitur Sardis eo quod ab ipsis primum re-
5 perta est. Hec rubrum habet colorem marmoribus prestans,
sed inter gemmas vilissima».

SARDONIX quedam gemma est de qua dicitur in principio
Persii (1,16),

Et natalicia tandem cum sardonice albus.

Et in penultimo *Apocalipsis* (21,20) ponitur «sardonix»,
5 pro quo quidam legunt sardonius. Unde dicit glosa que scri-
bitur in fine *Apocalipsis* «sardonix tricolor: niger in imo,
candidus in medio, rubeus in summo». Item *Ysidorus* in
Ethimologiarum xvi (8,4) sic ait, «Sardonix gemma ex duo-
rum nominum societate vocata est. Est enim ex onicis can-
10 dore et sardio. Constat autem tribus coloribus: subterius ni-

15 dictum est AD; quia mortuorum corpora ibi consumuntur B;
etc *om.* D

SARCULA 1 manubrio longo B; purgandum B 2 aptum et maxime a
venas ordea et his et B; sarii] sarui C 6 sarculaque et rastrique C
7 idem *iteravit* C

SARDIUS 1 rube D 3 ista] hac B 4-5 reperta] percepta D

SARDONIX 1 dicit ABD 4 ponitur] dicitur B; hic sardonix A 5 un-
de] ubi C 8 ex] est D 10 ex tribus B

gro, medio candido, superius mineo. Hec sola in signando nichil cere avellit». Huguitio (*s. v.* Sar) dicit quod habet colorem utriusque gemmarum, scilicet sardii et onicis, ex quibus componitur. Quid sit sardius et cuius coloris exponitur
15 supra proximo.

SARDONICUS, sicut dicit glosa xxviii (16) Iob, «terre rubre similitudinem habet», sed forte verius diceretur quod sardonius est ibi adiectivum et exponeretur «lapidi sardonico», id est sardonici, nam a sardonix, cis dicitur sardonius, ca,
5 cum, id est ad sardonice pertinens vel de sardonice existens.

SAREPTA «erat urbs modica inter Tirum et Sidonem, sed et silva iuxta urbem Sarepta dicebatur». Ita scribitur in Historiis (1378) super iii Regum xvii (9). Et inde sareptanus, na, num ad Sareptam pertinens vel de Sarepta existens.

SARIO, saris supra expositum est ubi exponitur sarculum. Et inde dicitur «hoc sarmentum quasi sarimentum quia purgatur et precipitur». Vel dicitur a sero, seris quasi serementum quia seritur. Vel dicitur sarmentum quasi sarpamentum
5 a sarpo, pis, sarpsi, quod est aliquid cum sarpa avellere. Est autem sarpa idem quod sarculum quia sarmentum sarcitur, id est cum sarpa precipitur. Totum illud innuitur in Derivationibus Huguitionis (*s. v.* Sarcio).

SARTAGO dicitur patella a sarcos, quod est caro, et ago, agis quia in ea caro agitur. Vel, sicut dicit Ysidorus in xx (8,5) Ethimologiarum, «Sartago a strepitu soni dicitur quando ardet in ea oleum». Et ponitur pro garrulitate, tracta metaphora a strepitu eius, ad multiloquium garrulitatis. Item
5

11 mineo] niveo ABC; significando B 13 sardii] sardonis B
SARDONICUS 1 dicit] dicitur in BC 2 sed si forte B; diceret B 4 dicitur] sive C

SAREPTA 2 iuxta iteravit D 3 et inde om. C

SARIO 4 soirementum C 7 illud] istud BC

SARTAGO 1 patella frixoria B 2 carnes aguntur B 4 oleum vel pinquedo et B

quandoque ponitur pro ariditate quia sartago arida est et in ea arescunt omnia; sic et loquela quorundam arida est et sine humore sapientie. Unde Persius (1,80-1),

unde hec sartago loquendi

10 Venerat in linguas.

SARTATECTUM dicitur «reparatio tectorum vel templorum vel tributum quod colligitur ad restauranda tecta templorum». Ita dicit Huguitio (s.v. Sarcio). Et componitur a sarcio, cis, sarsi, cire, sartum et tectum, ti. Est autem sarcire idem
5 quod suere, reparare. Unde sartor dicitur sutor vel vestium reparator. Et dicit Huguitio quod antiqui dicebant sarcivi in preterito. Unde et sarcitum. Item Ysidorus Ethimologiarum xix (19,2) ubi agit de lignariis sic ait, «Sarcitector dicitur qui ex multis coniunctis hinc inde tabulis unum tecti sarciat
10 corpus. Idem et tignarius qui tectoria lignis inducit». Et hic sarcatectus, sarcatecti idem quod sarcatector.

SATAGO, gis, egi, satagere, id est satis agere vel festinare, componitur a satis et ago, agis. Et nota quod omnia composita ab ago, agis activa sunt preter ambigo, dego et satago, que sunt neutra.

SATHANAS in latinum sonat adversarius sive transgressor.

SATELLES, satellitis dicitur minister crudelitatis et scelerum, miles tyranni, malefactorum socius, latronum domesticus sive fautor. Et dicitur tunc satelles quasi satis ledens vel satis lens, id est delens vel destruens. Nam leo, les, levi
5 idem est quod delere vel destruere, sed non est in usu, sed

6 quandoque] quando C 7 et *primum*] etiam B 8 unde *om.* A
10 linguis AC

SARTATECTUM 2 restaurendo D 4 sarsi] sarci B; sartum tu B; et tectum ti *om.* B 8 sic ait *om.* A; qui *om.* D 9 sarciat] sarcinat C
11 sarcitectus A; huius sarcitecti A, huius sarcatecti BD; sarcitector A

SATAGO 1 sarthago D; egi] satagi D 1-2 festinare et componitur CD
2-3 et nota . . . agis *om.* B 3 ambigo et dego C

SATELLES 3 tunc *om.* C 4 vel destruens *om.* B 5 struere AD; sed] et B

componitur deleo, deles, etc. Item hic satelles dicitur qui adheret alteri ad custodiam. Et tunc dicitur satelles quasi satis tuens latus quia tuetur et defendit illum cui assistit.

SATIO, sationis dicitur quasi seminis actio vel quasi satorum actio. Unde Ecclesiastici xl f (22), «Gratiam et speciem desiderabit oculus», id est gratiosam speciem artificialium, «et super hec virides sationes», id est sata virentia, quasi diceret pulchriora sunt opera nature quam artis.

SATRAPE «dicuntur sapientes, iudices vel reges vel duces et prefecti provinciarum. Et dicuntur satrape, id est satis parati vel quasi satis sapientes vel petentes». Et declinatur hic satrapa, huius satrape. Ita dicit Hugutio (*s. v. Satis*).

SATUM, sati «genus est mesure iuxta morem provincie Palestine, unum et dimidium modium capiens. Cuius nomen ex hebreo sermone tractum est. Satio enim apud eos nominatur sumptio vel levatio eo quod qui metitur eandem mensuram sumat et levet. Est et aliud satum mensura sextariorum xx duorum capax quasi modius». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (26,11) ubi loquitur de mensuris.

SAULUS «hebraico sermone temptatio dicitur eo quod prius in temptatione ecclesie sit versatus... Postea vocatus est Paulus, quod interpretatur mirabilis sive electus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vii (9,7-8) ubi agit de apostolis.

SCABELLUM quasi scannellum dicitur parvum scannum.

6 satelles litis dicitur B

SATIO 1 sario sarionis A 3 desiderabat AC 4 sariones A 5 natura D
In marg. fol. 164 add. D: a satis dicitur sat per apocopam et satio satias quia quod satis est satiat item a satis saturo saturas item satiatur quis uno cibo saturatur diversis satur ra rum id est saturatus a saturo saturas satus adverbium comparandi id est melius a satis

SATRAPE 2 prefecti] magistratus C; id est] quasi BC 2-3 parati] pati A; parati ad malefaciendum vel B 3-4 hic satrape huius D 4 huius om. C

SATUM 5 et alterum] autem C

SAULUS 2 sit] fuerit B; est om. D

«Scanna autem sunt que lectis altioribus apponuntur . . . Scabellum autem et subpedaneum dicitur. Nam quod Greci ypodion dixerunt Latini scabellum dicunt. Nam et alii dixerunt subpedaneum quod sub pedibus sit». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (11,8) ubi agit de sellis. Dicitur autem scannum a scando, dis, scandi, dere, sum, quod est ascendere, et pertinet ad versus propter scansionem pedum.

SCABIES «et lepra, utraque passio dicitur ab asperitate cutis cum pruritu et squamatione, sed scabies tenuis asperitas et squamatio est. Unde dicitur scabies quasi squamies». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum iiii (8,10). Vel dicitur scabies a scabo, bis, bi, bere, quod est scalpere, gallice grater, quia scabiosi multum se scabunt.

SCALA est instrumentum cum gradibus, aptum ad ascendendum. Unde a scando, dis dicitur quia per eam scanditur. Unde Virgilius viii (IX, 524) Eneidos,

Rescindit vallum et scalas in menia poscit.

Item scala poculorum genus est ex ligno factum, et dicitur a calon quod est lignum. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (5,5) ubi agit de vasis potatoriiis, «Calices et calati et scale poculorum genera sunt, antea ex ligno facta, unde et vocata, Greci enim omne lignum cala dicebant».

SCALPELLUM «vel scalpellus diminutivum» est a scalpro. Nam «hoc scalprum vel hic scalprus dicitur ferrum quo corium aptatur et cum quo raditur vel cultellus scriptorum . . . vel ferrum quoddam quod alio nomine dicitur celtis», cisel in gallico. Et dicitur scalprum a scalpo, pis, psi, pere, ptum,

SCABELLUM 2 que] qui C 3 nam *om.* D 4 nam et *om.* B 7 sum su A
8-9 pedum in illis B, pedum ut dicit Hugutio C

SCABIES 3 est *om.* AD 5 est *om.* B 6 se *om.* D

SCALA 4 recindit C 9 grece D

SCALPELLUM 1 scapellum vel scapellus AC 2 ferrum *om.* D; cum quo A 3 cutellus D 4 ferrum quod dicitur quod A; celtis scilicet chisel C 5 in gallico] gallice B, *om.* C

tu, quod est «gratare, sed proprie scalpere est cum uno digito vel duobus caput gratare et est proprie simiarum et luxuriosorum». Ita dicit Hugutio (s. v. Scalpo).

SCANDALUM est dictum vel factum minus rectum, alteri prebens occasionem ruine. Vel sic scandalum est dictum vel factum vel signum cuius occasione trahitur quis in consensum peccati mortalis. Et dicitur a scandalon grece, quod
5 est offendiculum vel offensio vel ruina vel impactio pedis. Unde versus,

Scandalon equivocant obex, impactio, casus.

Unde scandalizo, zas, id est offendere vel ledere vel occasionem ruine dare, trahere proximum provocando eum in
10 consensum peccati mortalis occasione dicti vel facti vel signi excitantis.

SCAPHA dicitur navicula, de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (1,18), «Scapha, que et catascopus, navigium quod latine speculatorium dicitur, scopos enim grece, latine intendere dicitur». In Historiis versus finem (1717) dicitur,
5 «scapha est levis navicula de una tantum arbore concavata. Vel dicitur modica navis viminea crudo corio tecta, cuiusmodi utuntur pirate. Et dicitur a scaphon, quod est speculum, quia huiusmodi navibus utuntur pirate ad speculandum et explorandum. Et deferuntur huiusmodi navicule in na-
10 vibus et imminente naufragio deponuntur in mare ad subveniendum navibus quia hiis navis accingitur et procinctu tempestatis armatur».

6 tu *om.* D; quod est cum magno nisu fricare sed B 7-8 luxuriosorum D

SCANDALUM 2 est *om.* B 3-4 consensu D 5 pedis latine B 9 provocando eum *om.* C 10 consensum] offensum A

SCAPHA 2 scatacopus D 3 scapos B 4 dicitur *alterum om.* D 6 est] dicitur C 6 vel] sed D 7 scaphon] scapha a scaphan C 8 utuntur ipsi pirate B 9 ad explorandum B, deplorandum D 9-10 in magnis navibus B 12 Post armatur *add. in textu* AB, *supra post* pirate (v. 8) C, *in marg.* D: hic pirata huius te (*om.* C) dicitur latro marinus qui semper defert pir id est ignem in ratem

SCAPULA, le dicitur spatula vel humerus. Et dicitur a scapus, scapi, quod est summitas vel cacumen vel humerus. Unde Augustinus De civitate dei (VII, 24,2) «super Priapi scapum nova nupta sedere videbatur».

SCARIOTH, ut ait Huguicio, «quidam vicus est. Unde hic et hec scariothis et hoc scariothe. Unde dicitur Iudas scariothis vel scarioth». Papias vero dicit sic, Iudas dicitur scarioth aut a patre aut a villa, sed melius dicitur merces et pretium
 5 quia pretium accepturus de pretio nomen accepit. Item declinatur hic scariothes, huius scariothe, sicut hic tesbites, huius tesbite. Et nota quod huiusmodi nomina in tes desinentia declinantur sicut patronomica masculina et sunt tantum masculini generis. Unde errant illi qui dicunt «Achi-
 10 noen iezraelites» pro iezraelitis i Regum xxvii a (3) et «mulier tecuites» pro tecuitis ii Regum xiiii a (4) et «Naama amanites» pro amanitis iii Regum xiiii f (21). Et tunc declinatur hec iezraelitis, huius tidis ad modum patronomici feminini, et sic de aliis, sicut declinatur hec moabitis, huius
 15 bitidis et hec amonitis, huius tidis. Vel declinatur hic et hec iezraelitis et hoc lite et sic de aliis. Quando vero huiusmodi denominativa terminantur in ta communis sunt generis, ut israelita, ierosolimita, bethleemita. Ysidorus Ethimologiarum viii (VII, 9,20) ubi agit de apostolis sic ait, «Iudas
 20 scariothes vel a vico in quo ortus est vel ex tribu Isachar vocabulum sumpsit . . . Isachar enim interpretatur merces, ut significaretur pretium proditoris quo vendidit dominum». Secundum Remigium (*Interpr.*) scarioth interpretatur «merces vel mercedem accepit».

SCATEO, tes, tui, tere dicitur ebullire, fervere, emanare,

SCARIOTH 2 unde et dicitur B 4 et pretium *om.* C 7 nomina] denominativa BC 9 errant] dicunt C 9-10 achinden B 10 iesralietites C; iesralielitam C 11 a *om.* C 11-12 a . . . xiiii f *om.* C 11 naam AC, naaman B 12 naamanitis A 13 hec] hic ACD; israelitis C 15 hec amonitis . . . declinatur *om.* B 16 izraelitis C 19 viii] xvii B 20 ex] a B

erumpere, sicut facit aqua dum currit inter angusta et dum emanat in locis humidis. Unde hec scatebra dicitur aque eruptio vel ebullitio que fit cum aqua fluit per aliquas rimas
 5 vel inter saxa vel cum erumpit in loco humido. Unde Papias, scatebre sunt ebullitiones, id est ortus aquarum. Item a scateo scaturio, turis idem quod scatere. Unde hec scaturigo, ginis, id est ebullitio aque vel eruptio, et scaturizo, zas idem quod scaturire vel scaturientem imitari. Sic exponit
 10 Huguitio (*s. v.* Scateo), scaturizo «componitur exscaturizo, exscaturizas, id est per aquam bullientem pluman avi auferre», eschauder in gallico. Unde dicit Matheus Vindocinensis (*PL* 205,939),

Exscaturizantes lesus abhorret aquas.

SCELESTUS, ta, tum idem est quod scleratus vel sclerosus vel facinorosus vel flagitiosus. Et dicitur a scelus, sceleris, quod est facinus sive flagitium. Versus differentiales,

5 Regi celesti numquam placuere celesti,
 Ut sis celestis non assimilare scelestis,
 Regnum celeste clausum tibi scito sceleste.

SCENOFATORIA ars de qua fit mentio Actuum xviii a (3), dicitur ars faciendi tabernacula vel umbracula vel funes. Scenos enim grece dicitur umbra vel funis. «A scenos, quod est umbra, dicitur domus scenos ab umbratione, et hinc grece similiter tabernaculum dicitur scenos, tabernaculum enim
 5 ad similitudinem domicilii factum est». Scenos ergo, sive pro umbra sive pro tabernaculo sive pro fune potest componi scenofacio scenofacis ut dicatur scenofacio, cis, feci, scenofacere, id est umbram vel tabernaculum vel funes facere.
 10 Unde hic scenofactor dicitur huiusmodi artifex et inde sce-

SCATEO 2 sicut] sic A 4 rimas *om.* A 5 rumpit D 7 idem est quod B
 9 idem quod *om.* D, idem est quod B 10 scaturizo zas componitur
 B 12 eschauder B

SCELESTUS 2 flagisiosus D 3 flagium B 4-6 *Cf. Walther¹, no. 16492*
 5 assimilare D 6 scito] dico C

SCENOFATORIA 7-8 componi cum facio cis ut dicatur BC 8 feci *om.* C
 9 funem D 10 hic *om.* B

nofactorius, a, um ad scenofactorem vel ad scenofaciendum
 pertinens. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Scenos). Scenos pro fune
 «componitur cum batin, quod est gradus. Et dicitur hic
 scenobates, tis, id est funambulus, qui graditur super fu-
 15 nem. Iuvenalis (3,77),

Augur, scenobates, medicus, magus: omnia novit».

Item «a scenos, quod est umbra, dicitur hec scena, ne, id est
 umbraculum, locus adumbratus in theatro et cortinis coo-
 pertus, similis tabernis mercennariorum que sunt asscribis
 20 et cortinis cooperte». Et, sicut ait Huguitio, «scena quando-
 que dicitur totum theatrum, quandoque recitatio scripture,
 quandoque ipsa scriptura, quandoque allocutio diversa-
 rum personarum vel distinctio scripture que ibi recitatur».
 Et semper producit primam sillabam. Unde Oratius in
 25 Poetria (*A.P.* 183),

Digna geri promes in scenam multaque tolles etc.

SCENOPHEGIA supra exponitur ubi neomenia et cetera fe-
 stivitates legales exponuntur. Et dicitur a scenos vel scenon,
 quod est umbra, quia tunc in umbraculis salicum comedebant.
 Et dicit Ysidorus in vi (18,9) quod «Scenophegia sol-
 5 lempnitas Hebreorum, de greco in latinum tabernaculorum
 dedicatio interpretatur; que celebratur a Iudeis in memoriam
 expeditionis cum, ab Egypto promoti, in tabernaculis age-
 bantur et ex eo scenophegia. Scena enim grece tabernaculum
 dicitur». Verba sunt Ysidori. Unde caveatur ille mendosus
 10 versus,

Scena tabernaculum scenophegia comprobatur illud.

Scena enim et scenos semper producant primam sillabam,
 sicut probatur per exempla Iuvenalis et Oratii supra pro-

11 ad *om.* A 13 bathim C 14 huius tis A; funambulus O; qui
 scilicet graditur B 16 magus] magis C 17-18 id est umbraculum
om. B 18 thetro D 26 etc *om.* B

SCENOPHEGIA 1 scenophagia B, scenofegia D 2 vel] quod B 3 in *om.*
 B 4 in *om.* C 6 interpretatio dedicatio C 12 producantur C

ximo posita. Unde scenophegia semper producit primam
 15 sillabam et incipit ab s, sicut patet per Huguitionem, Ysidor-
 um et Papiam.

SCEPTRUM vel sceptron dicitur regimen vel virga regalis et
 est grecum. Ita dicit Papias.

SCINDO, dis, di, dere, scissum dicitur separare, frangere.
 Unde hec scissura et hoc scisma. Vide versus supra positos
 ubi exponitur prescindo, dis. Item a scindo dicitur hec
 5 scintilla, scilicet illa particula que prosilit ab igne, et est
 scintilla dum ardet, favilla dum extincta est. Unde Ovidius
 Methamorphoseon vii a (80),

Parva sub inducta latuit scintilla favilla.

SCIRPUS species iunci est et incipit ab s littera, sicut patet
 per Ysidorum et Papiam. Et est planus, sine nodo. Unde
 dicitur «in Proverbio 'Qui inimicus est etiam in scirpo no-
 dum querit'». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvii (9,
 5 97).

SCISCITOR, taris dicitur querere, perscrutari, investigare,
 interrogare et est frequentativum, irregulare et secundum
 formam et secundum significationem. Formatur enim a se-
 cunda persona huius verbi scisco, sciscis dempta s et addita
 5 tor. Scisco autem inchoativum est huius verbi scio. Et nota
 quod a scitu, quod est ultimum supinum huius verbi scio, u
 mutata in o et addita r, formatur verbum frequentativum
 deponens, irregulare secundum formam et secundum signi-
 ficationem scilicet scitor, taris, quod idem est quod scisci-
 10 tari. Unde Virgilius in secundo Eneidos (105),

14 prima ABD 15 huguitionem et isidorum D
 SCEPTRUM 1 regnum B 2 ita . . . Papias] sicut Papias ait B; *In marg.*
 D: sceptifer ra rex et regina
 SCINDO 1 scissum su B 2 scisma quod idem est quod discordia et facit
 genitivum scismatis vide B; vide supra ubi C
 SCIRPUS 3 qui] quod B; etiam] qui B; cirpo C
 SCISCITOR 7 r] l B 9 sciscitor A

Tum vero ardemus scitari et querere causas.

Et de istis duobus verbis dicit Priscianus (VIII, 75), «Scitor, taris quomodo et sciscitor, taris quod a primitivo activo deponentia sunt nata».

SCISMA, matis dicitur discordia, divisio. Unde Ysidorus Ethimologiarum viii b (3,5), «Scisma a scissura animorum vocatur. Eodem enim cultu, eodem ritu scismatici credunt ut ceteri; solo congregationis delectantur discidio».

SCITUM, sciti dicitur decretum, iudicium vel statutum. Et dicitur a scio, scis. De hoc habetur Hester iii c (8).

SCIUS, scia, scium, id est sciens vel sapiens, invenitur Ecclesiastici xxi d (18). Unde sciolus, la, lum. Et componitur inscius et conscius et prescius. Tamen de istis ultimis posset dici quod descenderent a verbis conscio et prescio.

SCOLA, sicut ait Papias, grecum est et interpretatur vacatio quia ibi studio vacamus. Et, sicut dicit Huguitio, «in singulari tantum designat locum, in plurali etiam scholares». Alii dicunt quod scola est laicorum et maxime ribaldorum ubi
5 exercent se in actibus tesserarum, sed schole in plurali dicuntur clericorum.

SCOPA, pe instrumentum est de virgis colligatis cum quo mundatur et purgatur domus. Et dicitur a scopia arbore unde fit, scope enim arbuncule vel arbuscule, id est parve arbores, sunt. Et dicitur scopia a scopo, scopis, quod est mundare,
5 purgare, et proprie domum. Et secundum Huguitionem (s. v. Scabo) scopo, pis dicitur a scobe, nam hec scobs, huius

11 ardemus] audemus BD 12 istis] hiis D 13 quomodo] quando AB; sciscitor C

SCISMA 2 a] et B 3 enim] omni B 4 dissidio B

SCITUM 2 habetur] dicitur C

SCIUS 2 lum diminutivum et BC; et] ita C 3 et *primum om.* BD 4 dicii C

SCOPA 1 quo] qua B 3 enim *iteravit* D; arbuncule vel *om.* B

scobis est «ferrum quo ligna planantur». Unde, b mutata in p, fit scopo, pis. Oratius in Sermonibus (II, 4, 81-2),

10 Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus
Consistit sumptus? neglectis flagitium ingens.

Invenitur et scopo, pas idem quod scopere. Per predicta patet quod ille versus falsus est,

Scrobs, scrobis est fovea, scobs, scobis qua fit et illa.

Dicamus ergo sic,

15 Vilia scopa levat sed scobs, scobis aspera levat,
Scrobs, scrobis est fovea, sic variantur ea.

SCOPULUS a scopin, quod est intendere vel speculari, dicitur eminens saxum quia longe videtur vel quia remota loca inde speculamur.

SCORIA, scorie dicitur sordes metallorum. Et dicitur scoria ab excoquendo vel excutiendo quia quando excoquuntur metalla tunc sordes cadunt et excutiuntur. Item dicit Papias, «scoria est suffocatio vesice, ita ut urina denegetur vel ventris
5 officium et tumor in pectine reperiatur». Unde hic scorio, scorionis dicitur stultus vel fatuus.

SCORPIO vel scorpius, quod idem est, multas habet significationes. In Historiis (1572) enim super illud verbum iii Regum xii (11), «Ego cedam vos scorpionibus», dicitur «Scorpio est rubus aculeatus vel flagellum virgarum nodosum vel
5 scutica habens in summitate glandes plumbeas». Ysidorus

13 scrobs scrobis] scobs scobis AD 15 sed fero scopis A 16 Post ea add. in textu A, supra post ingens (v. 10) C, in marg. D: loquitur ibi de munditia et dicit quod ista licet (om. D) sint vilia et pro modico habeantur necessaria sunt que qui neglexerit immunditie incommodum sustinebit in domo sua dicit ergo (om. C) quantus sumptus id est quam modicus sit in hiis (+ tamen neglectis hiis C). In postremo loco in textu add. A, in marg. D: cum quid tollo levo planum faciens ego levo / pro plano levis pro levitate levis

SCOPULUS 2 romota C

SCORIA 2 quando] quandoque C

SCORPIO 3 scorpionibus C 5 scortica B

autem in v (27,18) Ethimologiarum ubi agit de penis sic ait,
 «Virge sunt summitates frondium arborumque, sic dicte eo
 quod virides sint vel quod vim habeant arguendi, que, si
 lenis fuerit, virga est, si certe nodosa vel aculeata scorpio
 10 rectissimo nomine dicitur quia arcuato vulnere in corpus
 infigitur». Idem xii (5,4) ubi agit de vermibus «Scorpio
 vermis terrenus est qui potius vermibus ascribitur non ser-
 pentibus; animal armatum aculeo, et ex eo grece vocatum
 quod caudam figat et arcuato vulnere venena diffundat.
 15 Proprium autem est scorpionis quod manus palmam non
 feriat». Item scorpio est quoddam signum in celo in quod
 secundum fabulas scorpio animal fuit translatus quia quando
 sol est in illo signo primos frigoris sentimus aculeos. Unde
 Oratius in Sermonibus (II, 6,45),

20 Matutina parum cautos tunc frigora mordent.

Item dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (8,3) ubi agit de
 sagitta, «Scorpio est sagitta venenata arcu vel tormentis
 excussa, que dum ad hominem venerit, virus quod figit, in-
 fundit. Unde et scorpio nomen accepit». Versus continens
 25 omnia hec (*Brito Metricus* 1829),

Scorpius est signum vermisque, sagitta flagellum.

Scorpio pro animali, a quo et ceterae significationes trahun-
 tur, dicitur a scorte, quod est dulce, et poio, pois, quod est
 fingere quia in anteriori parte blanditias fingit et in poste-
 30 riori pungit.

SCORTUM, id est meretrix, que apud Grecos scita vocatur,
 dicitur a scorte grece, quod est dulce, quia scortatoribus est
 dulcis. Item nota quod hec scortes, tis dicitur pellis arietis.

7 summitatem AD; arborumque] arborum B, arborum quia AD
 8 quod *alterum*] quia B; si] sed C 9 certe] arte A, autem B
 11 xii] in tercio B 14 arcuato] armato C 20 frigore C; mordens
 ACD 21 xviii] viii D 22 scorpio est sagitta *om.* D 23 venerit]
 venit D 25 hec est B 28 a] quod A 29-30 preteriori AD
 SCORTUM 1 id *om.* B; scita] scota B 3 scortex B; huius tis A

Unde hic scordiscus dicitur crudum corium. Grecismus
5 (XII, 338 et 340) ponit tales versus,

Dicitur hinc scortum quoniam solet excoriare
[Dicitur hinc meretrix quoniam subrita meretur]
Hinc lupa quod lupa sit deteriorque lupa.

Item a scorto scortor, taris verbum deponens, id est mere-
10 tricari. Unde scortatur, scortatus, scortatio et hoc scortato-
rium, id est lupanar.

SCRABRO, bronis et scarabeus, sicut dicit Hugutio (*s. v.* Ca-
vo), diversorum generum animalia sunt. Et dicuntur «a cabo
quia de putridis equorum carnibus nascuntur», nam hic ca-
bo, cabonis dicitur equus a cavo, vas «quia pedem habet
5 cavum vel quia terram pede cavat». Ysidorus Ethimologia-
rum xii (8,4) ubi agit de minutis volatilibus sic ait, «Sca-
brones vocati a cavo, id est a cavallo, quod ex equis creentur.
Sicut autem scrabrones nascuntur de equorum carnibus pu-
tridis, ita ex his iterum nascuntur scarabei, unde et cogno-
10 minati sunt». Quid sit autem scarabeus patet per Papiam qui
ait scarabeus «a cabo, id est caballo, vocatus quod ex eo
nascitur; sicut autem locuste nascuntur de mulis», ita ex
equorum carnibus putridis scarabei. «Est autem scarabeus
animal modicum, volatile, cui supra summum verticem ca-
15 pitis oculi constituti sunt». Huic, licet nullum caput appa-
reat, colla tamen ac dorsa cetero corpori celsiora sunt. Et
est illi testa valida nec tantum tenuis membrana, sicut sca-
bronibus, que facile possit offendi.

SCRIBA, be nomen est dignitatis. Unde hic scribatus dicitur

4 scordiscus dici dicitur B 4-5 Grecismus . . . versus *om.* C 8
hinc] deterior A 9 scorto dicitur scortor C 10 scortatus *om.* C;
et hoc] inde B

SCRABRO 1 scrababeus B, scrabeus D; sicut] sic A 4 huius cabonis
A; habeat D 5 cavet D 6 minimis D; volatilibus] animantibus
BD 8 autem] enim C 9-10 cognominati] ab eis nominati B 11 ca-
bo] calo B; a caballo C; vocatur A 12 nascitur] nascuntur B
16 colla] cona D; dorsa de cetero A; corpore B 17 tantum] ta-
men A 18 facili AD; possunt C

SCRIBA 1 scribatus tus tui B

eius dignitas vel officium. Scriptor autem est qui assidue vel frequenter scribit vel qui peritiam habet scribendi. Et similiter quodlibet verbale in or convenit alicui ex frequentia
5 vel assiduitate vel industria. Versus differentialis (*Grec.* IX, 119),

Denotat officium scriptor, sed scriba magistrum.

Scriba virtutum, id est exercituum, dicitur in Baruch.

SCRIBERE idem est quod disponere sive preordinare. Unde Exodi xxxii g (32), «dele me de libro quem scripsisti», id est in quo me ad vitam eternam disposuisti vel preordinavisti. Et est sensus secundum Augustinum, si non deles me di-
5 mitte eis. Scribi autem vel deleri de libro vite dicitur quis dupliciter, vel secundum prescientiam vel secundum presentem iustitiam. Item scribere idem est quod memorie commendare. Unde Apocalipsis xiiii f (13), «Scribe: Beati mortui qui in domino moriuntur». Item scribere idem est
10 quod inferre Iob xiii f (26), «scribis enim contra me amaritudines». Item scribere idem est quod litteras protrahere. Unde Ieremie xxxvi e (18), «ego scribebam in volumine atramento». Item scribere idem est quod scripto representare. Unde Priscianus in principio maioris voluminis (I, 3),
15 «litera est vox, que scribi potest individua». Unde versus,

Scribo dispono memoroque vel infero scribo,
Scribo representans scripto vel grammata formans.

SCRUPULUS est «lapillus minutus et asper, qui, si inciderit in calciamentum, nocet et molestia est animo. Unde et animi molestiam scrupulum dicimus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (3,5) ubi agit de lapidibus vulgaribus. Et est

8 exercitium ACD

SCRIBERE 4 si] sed A 6 prescientiam] priscianum D 7 item om. B
8 unde in apocalipsis A 9 scribere] scribe AD 10 xiii] xxx B;
f om. C 10-11 amaritudines id est infero C 14 unde . . . voluminis
post atramento (v. 13) transposuit A; Priscianus in om. B
In marg. fol. 167 add. D: scriniarius id est notarius sive tabellio

5 diminutivum a scrupus, pi, et est scrupus lapillus parvus et asper. Et dicitur a scrutor, taris quia quando latet in calciamento ledit nos et cogimur ipsum scrutari. Et, sicut ait Hugutio (*s. v.* Scrutor), «scrupus vel scrupulus dicitur molestia, sollicitudo, anxietas, dubietas, animi difficultas, questio subtilis, sicut enim parvus scrupus subtilis questio parva
10 est ad videndum, sicut ille multum ledit et illa animum affligit». Item dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,11-12) ubi agit de ponderibus, «Scrupulus vi siliquarum pondere constat. Hic apud Grecos gramma vocatur. Scrupulus autem dictus per diminutionem a lapillo parvo qui scrupus dicitur».

SCRUTOR, taris dicitur inquirere, investigare, subtiliter inspicere.

SCURRA dicitur «qui sectari quempiam solet cibi gratia. Et dicitur a sequendo. Idem et asseccla a sequendo». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum x (255). Vel componitur scurra a sequor, ris et curia quasi sequens curiam. Et secundum Papiam scurra vel scurro dicitur irrisor, vaniloquus, parasitus
5 sive lector, qui aliquem sequitur causa cibi. Inde dicitur hic et hec scurrilis et hoc scurrile et hec scurrilitas, id est leccacitas, turpitudine, turpis ludus, iocularitas que a stultis curialitas dicitur ad Ephesios v (4), «scurrilitas que ad rem non
10 pertinet».

SCRUPULUS 7 sicut] sic ABD 9-10 difficultas sicut questio ACD; questio] quo D 10 sicut . . . questio *om.* B; sicut] sive C; scrupus parvus et sic subtilis questio C 11 videndum quod sicut AD, videndum et sicut B, videndum quia vera latere volunt et sicut C; ledit ita et B 12 xvi] vi D 14 hic] hoc AD, et hic B, hec C

SCRUTOR 1 subtiliter *om.* A

SCURRA 1 scurra re B; cibi] verbi A 2 asseccla ABC 3 x] xi ABC; *post x add. in textu* AC, *in marg.* D: asseccla vel asseccla per sincopam proprie (*om.* C) dicitur serviens vel comes qui sequitur aliquem 5 irrisor vel vaniloquus C 6 inde] unde B 10 pertinet non nominetur in vobis B; *post pertinet add. in textu* AC, *post cibi (v. 6)* B, *in marg.* D: parasitus dicitur (id est C) lector (*om.* B) a para (paris AD) quod est iuxta et sitos quod est venter (quod est venter

SCUTULATA, te vel melius hoc scutulatum neutraliter vestis quedam pretiosa est. Unde Iuvenalis (2,97),

Cerulea indutus scutulata aut galbana rasa.

Et est proprie vestis que habet in se quosdam orbes vel circulos sicut patet in quibusdam pannis sericis. Scus enim in-
 5 declinabile idem est quod rotundum sive rotunditas. Unde hec scuta, te dicitur forma rotunda et hec scutula diminutivum, id est monile rotundum ex auro vel argento, et inde scutulatus, ta, tum, id est scutula ornatus vel scutulam pos-
 10 sidens vel quod habet in se orbes ad modum scutularum. Et inde, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xii (1,51), «Scutulatus equus propter orbes quos habet candidos inter purpuras». Et inde scutulata vel melius scutulatum dicitur indumentum Ezechielis xxvii (16).

SCUTARIUS dicitur qui facit vel vendit scuta. Sic etiam dicitur armiger, sed magis proprie scutifer dicitur quia ferat scutum ante dominum suum.

SCUTUM dicitur a scuta, quod est forma rotunda, eo quod antiquitus scuta fiebant rotunda, unde et ancilia dicebantur quasi ancisa. Unde Ovidius (*F.* III, 365),

Idque ancile vocant quod ab omni parte recisum est.

om. C; neuter B) quasi iuxta ventrem vel dicitur (*om.* C) a paro as et situs quod est dispositio id est (quasi BC, a D) parans situm (*om.* B) id est (*om.* B) dispositiones (disponens C) multorum vel dicitur parasitus quasi in parapside (impar B, panipside D) situs et producit penultimam unde iuvenalis in primo (5, 145) ad mensam quotiens parasitus venerit infans

SCUTULATA 1 scutulatum] sentulatum D 2 speciosa B 3 induta A, indutarius D 6 rotundus B 7 huius te A 14 Ezechielis xxvii *om.* B et add. *ibidem*: quo maxime induuntur divites viri et mulieres de serico contextum auro dicitur etiam indumentum de panno laneo cum scutulis et bestiis consutis yraudi et fatui regum et principum induuntur

SCUTARIUS 1 dicitur *om.* D

SCUTUM 2 scuta *om.* D; ancilia] ancila C; nuncupabantur B 4 est *om.* C

- 5 Vel, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (12,2), «Scutum ab excutiendo dicitur eo quod a se telorum ictum excutiat». Vide versus supra ubi exponitur clipeus.

SCUTRA, tre vas quoddam est et dicitur a scus vel scuta que supra exposita sunt ubi exponitur scutulata. Et enumerantur scutres inter utensilia altaris iii Regum vii (40). Unde dicit Magister in Historiis (1364), «Utensilia altaris enei fecit
5 Iram ex ere: lebetas ad suspiciendas cineres et pruina altaris, ollas, que et caldarias, ad coquendas carnes, et hamulas, id est fuscinulas ad extrahendas carnes vel disponendas, et arpagiones, id est furcas, ad componendum ignem et membra hostiarum desuper disponenda, et scutras, vasa scilicet
10 equalis amplitudinis in ore et fundo, ad calefaciendum. Iosephus addit, et trullas forte ad congregandos cineres vel eruendos vel ad verrendum pavementum».

SECTA, secte dicitur propositum in malo circa aliquam disciplinam. Et dicitur a seco, secas. Unde «secta hereticorum quia secti sunt et divisi ab unitate fidei . . . Secta etiam accipitur in bono, scilicet sententia philosophorum et tunc
5 dicitur a sequor, sequeris quia sequenda, id est tenenda est». Ita dicit Hugutio (s. v. Seco). Sed Ysidorus Ethimologiarum viii a (3,4) sic ait, «Secta a sequendo et tenendo nominata. Nam sectas dicimus habitus animorum ac instituta circa disciplinam vel propositum quem tenendo secuntur, longe
10 alia in religionis cultu opinantes quam ceteri».

SECVLVM est spatium centum annorum et dicitur a sequor, sequeris quia unum sequitur aliud. Unde seclum per sin-
copam dicitur. Item seculum quandoque ponitur pro vita

6 ictus B

SCUTRA 3 vii] xvii B; dixit B 5 iran B; lebetes BD, *ad* lebetas *in marg.* C: lebetas vel lebetes utrumque habetur secundum papiam vide supra ubi exponitur lebes 8 arpagiones B 9 scutras C 10 et in fundo C 12 eruendos A, erundos C; vel] et C; virendum B
SECTA 3 etiam] enim B 5 sequenda est et tenenda ita B 7 secta a] secta in C; tenendo est nominata B

vel spatio temporis aliquantulum longo. Unde dicit Papias,
 5 seculum dicitur etas, tempus, evum, spatium, intervallum,
 vite cursus. Et sequitur, seculum et perpetuitatem ostendit
 et tempus. Unde «in secula seculorum» dicimus. Quid est
 autem seculum, seculi nisi cuius effigiem tamquam umbram
 10 habet hoc seculum? Vicissitudo enim temporum sibi succe-
 dentium, cum luna minuitur et rursus impletur, dum sol om-
 ni anno cursum suum repetit, dum ver vel estas vel au-
 tumpnus vel hiemps sic transit ut redeat. Eternitatis quedam
 imitatio est, sed huius seculi seculum est quod incommuta-
 15 bilitate et eternitate consistit. Et sequitur, «hoc quidam
 quinquagesimum annum dicunt quem Hebrei iubileum vo-
 cant. Ob hanc causam et ille Hebreus qui propter uxorem et
 liberos, amans dominum suum, aure pertusa, servitio subiu-
 gatus servire iubetur in seculum, id est usque ad annum
 quinquagesimum» etc.

SECUNDINA dicitur folliculus in quo puer involvitur in utero
 matris; et cum infante nascēte egreditur. Et dicitur a se-
 quor, sequeris quia sequitur puerum cum editur. Ysidorus
 autem Ethimologiarum xi (1,144) vocat folliculum illum se-
 5 cundam, non secundinam. Et similiter Macer De viribus
 herbarum (626-640) dicens,

Fervida puleio vis siccaque dicitur esse.
 Tertius a medicis datus est gradus huic in utroque.
 Sepius hanc herbam si pregnans sumit abortit;
 10 Menstrua deducit cum vino sumpta tepenti,
 Hocque modo tardas hec extrahit herba secundas.
 Hoc nomen, quia non notum reor esse quibusdam,
 Exponam tali quid nomine significetur.
 Ut nondum natus testa circumdatur ovi

SECULUM 4 longe D 7 unde et in B 12 vel hiemps *om.* C; quedam]
 quadam C 13 intimatio D 17 percussa CD 17-18 subiugatur C
 18 id est] et B 19 etc. *om.* B

SECUNDINA 3 editur] egreditur C 4-5 secundinam vel secundinam D
 9 si *om.* D 10 repenti B 11 extrahit D 12 nomen] enim B; no-
 tum] vocum C

SEDECIM vel sesdecim dici debet et numquam sexdecim. Dicit enim Priscianus in maiore volumine (II, 11), «In x nulla sillaba terminatur in media dictione nisi in compositis a prepositione ex, que integra manere potest sequente c vel
 5 p vel q vel s vel t, ut excurro, expello, exquiro, exsicco, extendo» etc.

SEDITIO, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum v (26,11) ubi agit de criminibus, «dissensio civium est quod seorsum alii ab aliis eunt». Unde seditio dicitur quasi seorsum itio. Vel secundum Huguitionem (s. v. Sedeo) dicitur a sedendo per
 5 contrarium quia non sedent in pace et unitate. Alii dicunt quod seditio est discordia et dissensio animorum quam Greci diastasim dicunt. Et inde seditiosus, sa, sum qui seditionem facit et discordiam gignit».

SEDUCERE dicitur decipere quasi seorsum a bono ducere. Item seducere dicitur seorsum ducere, separare, sicut fit quando causa consiliandi aliquis extra congregationem ducitur. Item seducere accipitur in bona significatione, id est
 5 a malo ad bonum ducere. Et secundum hoc potest accipi Ieremie xx c (7), «Sed duxisti me, domine, et seductus sum», et ita patet quod est seductor bonus et malus.

SEDECIM 4 ex] x A

In marg. fol. 168^v add. D: sedeo sedes et sido sidis in significatione non differunt sed in tempore differunt quia sedeo primam corripit in presenti sed sido primam producit unde composita a sido producant hanc sillabam si sed composita a sedeo corripunt eandem in presenti secunda enim sillaba huius verbi consideo brevis est huius autem verbi consido considis longa sido sidis et eius composita carent supino sed mutantur a sedeo et eius compositis item sido et sedeo et ab eis composita neutra sunt preter assideo pro iuxta sedere circumsideo possideo obsideo et obsido que sunt activa nota quod sedeo aliquando ponitur pro placere ut non sedet mihi supersideo des id est dimittere licet quidam dicant supersedeo des subsideo des et sido dis id est subter sedere inferius esse tempus semestre id est sex mensium

SEDITIO 2 est *om.* BD 3 eunt] sentiunt C; seductio B; dicitur *om.* B 6-7 diastasim vocant vel dicunt A

SEDUCERE 3 quando] quandoque B; conciliandi ABD; conciliandi quod aliquis B 7 et *primum om.* B

SEDULUS, la, lum dicitur assiduus, intentus, bonus. Et dicitur sedulus quasi sine dolo.

SEGES a semine quod iacimus vel a sectione dicitur.

SEGNIS, id est piger, componitur a se, quod est sine, et ignis. Unde segnis dicitur quasi sine igne, ut securus sine cura et sedulus sine dolo. Unde Ysidorus Ethimologiarum x (247) sic ait, «Segnis sine igne, ingenio carens . . . frigidus, per
5 quod inutilem accipimus». Unde hec segnitie, tiei et hec segnitia, tie, id est pigritia.

SEGREGARE dicitur separare quasi seorsum a grege ponere. Et componitur a se et grego, gas, quod est minare, sed non est in usu. Et inde dicitur hic grex, gregis.

SELLA «quasi seda a sedendo dicitur. Unde et subsellia quasi subsedia». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx g (11, 11).

SEMEN est «quod in agro spargitur ad gignendum fructum». Item semen est animalium quod spargitur ad gignendum fetum. «Unde hec sementis, id est semen frugum vel tempus seminandi vel dea Sementis vel ipse actus seminandi, . . . et
5 hoc seminarium, id est semen, vel cuiusque rei exordium vel vas in quo ponitur semen, et seminarium, a, um, id est ad semen pertinens vel exordialis vel initialis». «Item a semine hoc seminium, id est semen vel cuiusque rei exordium vel lucrum de semine». Ita dicit Hugutio (*s. v. Sero*). Gre-
10 cismus (XII, 22-5) ponit tales versus,

In marg. fol. 168^v add. D: sedulo constanter adverbium

SEGNIS 1 id est] scilicet B 5 quod] quem C; hec *primum om.* B; huius tiei A 6 huius tie A

In marg. fol. 169 add. D: selenos dicitur lux noctis scilicet luna a sele vel sile quod est lux et nox et componitur cum pan quod est totum et dicitur panselenos id est tota lux noctis scilicet luna plena vel plenilunium

SEMEN 2-3 item . . . fetum *om.* B 4 dea] dicta A; seminandi] seminantis vel seminandi B 5 cuiuscumque BD 8 seminium] seminum B; cuiuscumque D

Est animatorum semen, campoque satorum
 Sementis proprie, sementivum quod in archa
 Clauditur atque suo spargetur tempore in agro;
 Seminium cuiusque rei dicatur origo.

- 15 Et dicitur semen a sero, ris, sevi, serere, satum, tu, quod idem
 est quod seminare. Vide infra in suo loco.

SEMICINCTIUM, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xix (33,1)
 ubi agit de cingulis, dicitur zona minus lata, unde dicit ibi
 «cinctus est zona lata, et minus lata semicinctium». Et com-
 ponitur a semis, quod est dimidium et cinctus, ti quasi dimi-
 5 dius cinctus. In glosa Actuum xix b (12) dicuntur «vestes
 ex uno latere dependentes vel zone sive vestes nocturne
 vel genus sudarii quo Hebrei utuntur in capite». Papias dicit,
 semicinctium eo «quod dimidium cingat».

SEMINIVERBIUS «est qui verbum seminat vel seminiverbius
 est sermologos quia semen est verbum dei». Ita dicit glosa
 Actuum xvii (18).

SEMIS, semissis secundum quosdam pondus est vi uncia-
 rum, sed Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,10?) dicit sic,
 semis grece dicitur semiobolus latine. Item semis idem
 est quod dimidium et in ista significatione secundum quos-
 5 dam declinatur semis, semissis; et quandoque invenitur in-
 declinabile. Sed in Doctrinali (170-1) scribitur,

indeclinabile semis

Est pro dimidio; pondus semissis habeto.

12 sementivum] sementium C 13 clauditur] conditur C; sper-
 getur D 15-16 quod idem est] aliqui dicunt situm situ et credo
 quod male et est idem B

In marg. fol. 169 add. D: semianimus semivivus vix vivens semicors
 minus habens cor semicaput dimidium caput semiermis sine armis
 minus armatus semimares spadones enuchi non perfecte mares
 semipes claudus semiplenus dimidius

SEMICINCTIUM 1 semicincium D, semicincium tii A 2 unde et dicit B
 6 nocture C 7-8 semicincium dicitur eo B

SEMINIVERBIUS 1 semiverbius BC; vel] quasi C 2 est] id est BC

SEMIS 2 Ysidorus] secundum ysidorum D

Item dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,16) ubi agit de
 10 ponderibus, «Semuncia dicitur quia semis habet de uncia.
 Hec et semissis quia ponderis semissis est quasi semis assis». Nota quod semus, a, um dicitur imperfectus, non plenarius. Item semis pro dimidio invenitur, ut dictum est. Et communior opinio est quod sit indeclinabile et omnis generis. Unde
 15 et medici dicunt libram semis et dragma semis et unciam semis, id est dimidiam libram, dimidiam dragma et dimidiam unciam. Item, sicut dicit Hugutio (*s. v. As*), semis componitur cum as, assis, quod est «pondus constans ex xii unciis, et ponitur quandoque pro obolo» et dicitur «hic semissis
 20 vel hic semis, semissis, scilicet dimidius obolus, et accipitur pro quadam mensura» que vulgariter dicitur latitudo pugni cum extensione pollicis. Sed secundum Josephum (*in Petri Comestoris Hist., PL 198,1170*) idem est quod palmus, qui xxv Exodi cubitum vocat duos palmos. Unde loquens de
 25 archa dicit ibi quod erat longitudinis v palmorum, latitudinis trium. Unde si in ista significatione accipitur bene possumus dicere semissem Exodi xxv et xxvi, sicut enim dicitur in Historiis (1170), «cubitus erat humanus non geometricus, quod apparet in altari Lateranensi, infra quod dicitur esse
 30 archa».

SEMITA, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xv g (16,9), «itineris dimidium est». Et componitur a semis, quod est dimidium, et iter. Alii dicunt quod componitur a semus, sema, um, quod est imperfectum, et iter, quod est via. Et
 5 ponit Ysidorus ibidem (9-10) tales differentias, «Semita est hominum, callis ferarum et pecudum . . . Tramites transversa in agris itinera, sive recta via sic dicta eo quod transmittat. Divortia sunt flexus viarum, id est vie in diversa tendentes. Idem diverticula sunt».

11 est *om.* C 15 et *primum om.* D 25 dicit ibi] sic ait B 25-26 latitudinis vero trium B 26 bene] unde D
 SEMITA 2 dimidium vel particula B 3 iter] ita A 4 iter] ita ABD; via imperfecta et B 7 agris] eis ABD 7-8 transmittat ad divortia B 8 sunt *om.* ABD 8-9 id est ad vias in diversa et idem B

SEMPITERNUS quasi semper eternus dicitur. Vide supra ubi exponitur eternus.

SENATUS «a senectute appellatur qui vel fundavit vel auxit Romam. Isti a Romulo electi sunt centum a populo, qui ob etatem senatores, ob similitudinem cure patres appellati sunt» eo quod sicut patres filiis ita providerent rei publice.
 5 Ita dicit Papias et subdit quod «modo senator dici non potest nisi qui in curia romana fuerit». Huguitio (*s.v.* Sento) dicit quod senatus componitur «quasi senex natus vel natu quia in illa dignitate eligeantur senes natu vel nascebantur in ea, id est eligeantur senes saltem prudentia. Vel senatus
 10 dicitur a sinendo quia senatores facultatem eligendi dabant, nam sine licentia eorum nulli licebat magistratui aliquid facere. Et dicitur senatus locus in quo conveniunt senatores . . . Senator autem qui dicitur habet illam dignitatem».

SENEIO, nes, nui dicitur esse vel fieri senex et dicitur a senex, nis. Senex autem dicitur a sensu vel a senos, quod est sensus, quia sensus solet in senibus abundare, vel per contrarium quia sensus in senibus diminuitur. Unde dicitur senex quasi
 5 se nesciens. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (2,27) loquens de etatibus dicit sic, «Senes quidam dictos putant a sensus diminutione eo quod iam vetustate desipiant. Nam phisici dicunt stultos esse homines frigidioris sanguinis, prudentes calidi; unde et senes, in quibus iam friget, et pue-
 10 ri, in quibus necdum calet, minus sapiunt». Et dicit ibidem Ysidorus (28) quod «Senex tantum masculini generis est». Et comparatur senex, senior, quod similiter tantum mascu-

SENATUS 2 isti centum a romulo electi sunt centum C 5 quod] hoc B 7-8 natu . . . senes *om.* D 8-9 vel . . . eligeantur *om.* B 9 saltem prudentia senes vel morum maturitate vel B 11-12 facere vel dicitur senatus a senos grece quod est sensus latine quia de sapientioribus et antiquioribus fiebant senatores et B

SENEIO 3 per *om.* D 4 quia] quod D; sensus] consensus ACD 7 iam pre nimia sui vetustate B, iam pro vetustate C 11 quod *om.* A 12-13 et . . . generis est *om.* B

lini generis est, et caret superlativo, licet antiquitus senissimus diceretur. Versus,

- 15 Ante, senex, iuvenis, adolescens quatuor ista
 Sola quidem solis utuntur comparativis.

Necessitas metri facit hic corripere hanc sillabam ra.

SENECTUS et senium supra exposita sunt ubi exponitur adoleo, les.

SENIOR, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xi (2,25), dicitur viridior, minus senex, ut comparativus gradus minus significat positivo.

SEPES dicitur munitio de spinis vel lignis que fit circa segetes ad arcenda pecora. Fiunt etiam sepes in obsidionibus ubi muri non sufficiunt ad arcendos hostes. Et declinatur hec sepes, huius sepis. Unde Ecclesiastici xxxvi g (27), «Ubi non
5 est sepes, diripietur possessio», nam hic sepes indeclinabile. Vel declinatur hic seps, sepis. Serpens quidam est qui non solum corpus sed etiam ossa veneno consumit. Unde Lucanus in ix (723),

Ossaque dissolvens cum pectore tabificus seps etc.

SENIOR 2 ut] ubi BC

In marg. fol. 169^v add. D: senodocium est locus ubi peregrini aluntur et recipiuntur

In marg. fol. 285^v add. C, in marg. fol. 169^v add. D: papias sentes spine silve spinose seu vive huguitio (papias . . . huguitio *om. D*) a sentio hec sentis (+ tis *D*) id est spina vel arbor spinosa que sentis dicitur (que . . . dicitur *om. D*) et dicitur sic a sentio (*om. D*) quia graviter sentitur cum pungit vel sentis dicitur a situ quod est terra inculta in qua sentes et spine nascuntur (vel . . . nascuntur *om. D*) unde sentus ta tum et senticosus a um in eodem sensu (+ scilicet *D*) horridus asper vel sentibus plenus spinosus et sentosus a um in eodem sensu (et . . . sensu *om. D*) (+ item a sentis senticosus sa sum et sentarius a um idem scilicet sentis id est spinosus *D*)

SEPES 2 sepes quandoque in B; ubi] unde *D* 5 indeclinabile] est declinabile *C* 6 declinetur *C* 7 etiam *om. A* 8 in *om. B* 9 tabeficus *BD*

SEPIO, pis, sepsi, septum, et invenitur sepivi, pitum, idem est quod circumdare vel sepe concludere.

SEMPTEMPTRIO, onis dicitur «quoddam signum a vii stellis quibus depictum est vel a vii stellis notabilioribus quam alie, habet enim plures quam septem. Dicitur ergo semptemptrio a vii stellis quas vocant boves quia, quasi boves ararii», «sem-
 5 per terunt aream nostri celi». Et componitur a septem et trio, onis, quod est bos quasi terio «quia terram terit vel quia in quibusdam regionibus cum bobus solet triturrari frumentum. Unde et quedam stelle dicuntur triones quasi teriones quia
 10 semper nobis apparent et semper terunt aream nostri celi», «vel terion grece, latine dicitur stella . . . Idem signum dicitur plaustrum sive carrum vulgo et ursa et elice, et ab illo signo pars mundi dicitur septemptrio, et ventus flans ab illa parte similiter dicitur septemptrio. Unde hic et hec septemp-
 15 trionalis et hoc nale». Vide supra ubi exponitur aquilo et si- militer ubi exponitur arturus quia que hic dicuntur verba Huguitionis (s. v. Tero) sunt.

«SEPTIES in die laudem dixi tibi» (*Ps.* 118,164). Versus,

Hec sunt septenis domino cur psallimus horis:
 Prima flagris cedit, subducit tertia morti,
 Sexta tegit solem, sed nona videt morientem,
 5 Vespera deponit, reddit completa sepulchro,
 In medio noctis devicta morte resurgit.

«SEPTUAGIES SEPTIES» (*Gn.* 4,24; *Mt.* 18,22), id est quadringentis nonaginta vicibus. Et nota quod lxxvii consistunt ex numero universitatis et numero transgressionis, id est ex vii et xi, nam septies xi faciunt lxxvii. Et dicit Magister in
 5 Historiis (1585) «quod quilibet tenetur rancorem animi pro

SEPIO 1 pitum tu A 2 circumcludere D

SEMPTEMPTRIO 1 septentrio CD 1-3 a vii . . . septemptrio *om.* C 4 quia *om.* D; aratorii C 8 quedam] quidam AD 10 terion] cenon A 12-13 et . . . septemptrio *om.* B

SEPTIES 3 cadit B; cedit sed subdit C 6 media C

SEPTUAGIES 1 septuagesies A; in *marg.* D: septuagies est adverbium numeri et componitur septuagies septies

iniuria dimittere, etiam si non petat veniam qui lesit, quod si petierit teneor ei dicere ave et subvenire sibi si indiguerit, quod non teneor nisi petat nisi sim perfectus».

SEPTUM, ti a sepio, pis dicitur ambitus, locus circumclusus. Unde intra «septum templi» (*IV Rg.* 11,8), id est intra ambitum vel clausuram.

SEQUESTER, tri dicitur mediator vel reconciliator qui certantibus medius intervenit. Et hec sequestra, tre reconciliatrix. Et dicitur a sequor, ris. Unde Ysidorus Ethimologiarum x (260), «Sequester dicitur qui certantibus medius intervenit, 5 qui apud Grecos o mesos dicitur, apud quem pignora depoeni solent. Quod vocabulum a sequendo tractum est eo quod eius qui electus sit utraque pars fidem sequatur». Et inde dicitur sequestro, tras, id est separare, et proprie certantes. Item idem est quod pacificare et est activum.

SERA, sere dicitur firmatura hostii et proprie lignum quod ex transverso obicitur hostio et apponitur. Unde hec serula diminutivum. Et dicitur sera, a sero, seris, serui, quod infra exponitur in suo loco. Item a sera dicitur sero, seras, id est 5 seram ostio apponere, ostium firmare, claudere.

SERAPH, seraphis dicitur quilibet de ordine angelorum illorum qui dicuntur seraphim. De quibus dicit Ysidorus Ethimologiarum vii (5,24), «Seraphin multitudo est angelorum qui ex hebreo in latinum ardentes vel incendentes interpre-

6 ammittere D; etiam] et C; petat] petit C 7 petierit] petat C
8 teneor] tenetur D; sim] sit B

SEPTUM 3 vel clausuram vel D; *add. in marg.* D: sepio sepi sepsi septum et invenitur seipitum seipitu id est circumdare sepe claudere unde septim id est clausim

SEQUESTER 1 reconciliator C 2 huius tre A 4 x] v B 5 o mosos A, omosos BD, e mosos C 6 tractum est] dictum B 7 sequitur B

SERA 2 et *om.* D; hec *om.* C 4 in *om.* B; sera re C 5 firmare et claudere B

SERAPH 2 seraphin multitudo de D 3 seraphin] seraphim D, seraphin per n in fine C 4 incendentes A

5 tantur. Qui idcirco ardentes vocantur quia inter eos et deum
nulli angeli alii consistunt et ideo quanto vicinius coram eo
consistunt tanto magis claritate divini luminis inflamman-
tur». Et nota quod seraphim et seraphin ita distinguntur
sicut cherubim et cherubin. Vide supra ubi exponitur che-
10 rub.

SERIES, ei dicitur ordo vel tenor et dicitur a sero, ris. Unde
serio, as dicitur ordinare, in ordinem ponere vel disponere.
Et corripit series primam sillabam sicut et sero. Invenitur
etiam serius, a, um, id est utilis et necessarius. Unde et
5 Theodolus (29),

Ut tua iam nostro postponas seria ludo.

Et dicitur a serus, ra, rum quia seri, id est senes, utilia et ne-
cessaria tractare solent.

SERICUM «dictum est quia id Seres populi primi miserunt.
Vermiculi enim ibi nasci perhibentur, a quibus hec circum
arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi grece bombices
nominantur. Placium est stupa et quasi crassedo serici, et est
5 grecum nomen». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix
(27,5) ubi agit de lana. Papias dicit quod Seres «oppidum
est a quo et gens et regio appellata, que nobilibus frondibus
fertilis est, e quibus vellera decerpuntur que ceterarum gen-
tium Seres ad usum vestium vendunt», apud quos de ar-
10 boribus lana contextitur. Item a serico dicitur sericus, serica,

8 seraphim et om. D 9 cherubin] seraphin D

In marg. fol. 171 add. D: sereno nas avi id est exhilarare letificare il-
luminare vel lucidare unde serenus na num id est letus hilaris lucidus
clarus tranquillus sed serenum ad celum refertur transquillum ad
mare

SERIES 2 vel] et C 4 etiam] et C; et primum om. D; unde et] item B,
unde C 7 seri] seria B, serii C; id est om. C

SERICUM 1 quia] quod C; series C 2 nasci om. AD; a om. C; hec]
hoc A 3 arbore D; bumbices AD, lenebetes B 6 lanis C; seros
AD; post Seres add. B: oppidum est quod dictum est ab ope quia
vel indiget ope vel fert opem indigentibus 7 quo quidem scilicet
oppido et gens B; appellata] nominata est B 8 cerarum D

cum. Et componitur cum olon, quod est totum, et dicitur olosericus, ca, cum, id est totum de serico existens.

SERMO, sicut ait Papias, est duorum vel « plurimorum collatio, quam Greci dialogum dicunt ». Sermo autem dicitur a a sero, ris eo quod inter loquentes seritur vel quia serit utilitatem in mentibus auditorum. Et inde sermocinor, na-
 5 ris, id est sermonem facere.

SERO, seris, sevi, serere, satum, satu idem est quod seminare. Sero, ris, rui, serere, sertum, tu idem est quod plantare. Et est activum in utraque significatione. Versus de Grecismo (XVII, 11-12),

5 Si sero subiungas serui dic arboris esse,
 At si subiungas sevi de semine dicas.

Invenitur etiam sero, ras, quod expositum est supra ubi exponitur sera. Et nota quod dicit Priscianus (x, 42), « A sero, ris composita quando mutant simplicis significationem,
 10 per ui separatas proferunt preteritum, o in ui conversa, ut desero pro derelinquo deserui, inserto pro immitto inserui ». Si enim de arbore dicam inserto insevi facit preteritum et participium insitus, non insertus. Vetustissimi tamen in simplici etiam serui protulisse inveniuntur pro ordinavi vel
 15 pro sevi.

SEROTINUS, na, num dicitur tardus et tarde veniens vel vespertinus. Et dicitur a sero, quod est tarde, et ponitur pro hora que est in occasu diei. Et a serotinus dicitur serotino, nas, id est tardare vel serotinum facere. Unde « temporaneus
 5 imber dicitur in autumpno vel hieme iactis seminibus nu-

12 olosericus B

SERMO 2 quam] quem BC; sermo autem] et B 3 vel om. C 5 id est om. C

SERO 1-2 seminare et sero B 10 in ui] in iu ui C 11 immitto om. B 12 insevi] inserui B; preteritum om. BCD 13 non om. C 14 etiam om. C; inserui D

SEROTINUS 1 et] vel C 4 tarde C

triendis, serotinus ad incrementum in vere vel estate». Ita dicitur in Historiis (1250).

SERPENS a serpendo dicitur. Unde Papias, serpentes nomen acceperunt eo quod «occultis accessibus serpunt». Est autem serpo, serpis, serpsi, serpere idem quod latenter ire vel corpore vel ventre repere. Et declinatur hic et hec serpens.

- 5 Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (4,39-48) quod «omnes serpentes natura frigidi sunt, nec percutiunt nisi quando calescunt. Nam quando frigidi sunt nullum tangunt, unde et venena eorum plus die quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, et merito, quia frigidi sunt nocturno rore. In
10 se enim adducunt vaporem corporis gelide pestes et natura frigide, unde et hieme in nodos torpent, estate solvuntur. Inde est quod quicumque veneno serpentis percutitur primum obstupescit et postea, ubi in illo calefactum ipsum exarserit virus, statim hominem extinguit. Venenum autem
15 dictum eo quod per venas vadit, infusa enim pestis eius per venas, vegetatione corporis aucta discurrit et animam extinguit. Unde dicunt venenum non posse nocere nisi hominis tetigerit sanguinem. Unde Lucanus (IX, 614),

Noxia serpentum est ammixto sanguine pestis.

- 20 Omne autem venenum frigidum est et ideo anima, que ignea est, fugit frigidum venenum. In naturalibus bonis, que nobis et irrationalibus animantibus videmus esse communia, vivacitate quadam sensus serpens excellit. Unde legitur in Genesi (3,1), 'Serpens autem erat sapientior omnibus pecoribus terre'. Dicit autem Plinius, si creditur, quod serpentis caput, etiam si cum duobus evaserit digitis, nichilominus
25 vivit. Unde et totum corpus obicit pro capite ferientibus.

SERPENS 6 percutiunt quod nisi A 7 quando] quod C 9 et... rore om. C 11 et] in AC; in om. C; nidos AD; torpent et estate D 14 extingit B 15 dictum est B 16 aucta] interiora B 17 posset C 21-22 que nobis om. C 24 autem om. C; erat om. A; sapientior] callidior C; omnibus] cunctis C 24-25 pecoribus] animantibus B, animi C

Anguibus universis hebet visus. Raro in adversum contuen-
 tur, nec frustra, cum oculos non in fronte habeant, sed in
 30 temporibus, adeo ut citius audiant quam aspiciant. Nullum
 autem animal in tanta celeritate linguam movet ut serpens,
 adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una sit.
 Serpentium humida sunt corpora, adeo ut qua eunt viam
 humore designent. Vestigia sunt serpentum talia ut, cum
 35 pedibus carere videantur, costis tamen et squamarum nisi-
 bus repant, quas a summo gutture usque ad imam alvum
 pari modo dispositas habent. Squamis enim quasi unguibus,
 costis quasi cruribus innituntur. Unde, si in qualibet cor-
 poris parte ab alvo usque ad caput ictu aliquo collidatur,
 40 debilis reddita cursum habere non potest quia ubicumque
 ille ictus inciderit spinam solvit, per quam costarum pedes
 et motus corporis agebantur. Serpentes autem diu vivere
 dicuntur, adeo ut deposita vetere tunica senectutem depo-
 nere atque in iuventutem redire perhibeantur. Tunicæ ser-
 45 pentum exuvie nuncupantur eo quod hiis, quando sene-
 scunt, sese exuunt, quibus exuti in iuventutem redeunt.
 Dicuntur autem exuvie et induvie quia exuuntur et induun-
 tur. Pitagoras dicit de medulla hominis mortui, que in spina
 est, serpentem creari . . . Fertur autem ut serpens hominem
 50 nudum non sit ausus contingere». (XII, 4,3) «Serpens autem
 nomen accepit quia occultis accessibus serpit, non apertis
 passibus, sed squamarum minutissimis nisibus repit». Verba
 sunt Ysidori. «Physiologus dicit iiii naturas habere serpen-
 tem. Prima natura, cum senuerit caligant oculi eius et si
 55 voluerit novus fieri abstinet se a cibo et ieiunat xl diebus et
 noctibus donec pellis in eo relaxetur, et querit petram in
 fissura angustam et inde se vehementer coartat atque tri-

28-29 continentur B, contuentibus D 30 temporibus] pectoribus
 A; audeant B 31 autem] enim C 31-32 serpens et adeo B 33
 qua] quam C 35 tamen *om.* D 43 veteri B; tunice autem ser-
 pentum C 47 quia] quod D 48 pitagoras B 51 accepit a ser-
 pendo quia B 54 natura est cum B 55-56 et xl noctibus C 56
 pellis eius in BC 57 fixura D; et inde] eadem que B 57-58 tri-
 buto AD

bulato corpore deponit senectutem et novus iterum fit. Secunda autem natura cum venerit aquam bibere de fonte non
 60 secum affert venenum, sed in cubili suo illud deponit, et sic aquam sitienter bibit. Tertia vero natura, si viderit serpens hominem nudum timet valde accedere ad eum, si autem vestitum viderit insilit in eum. Quarta quoque natura serpentis, quando venerit homo et voluerit eum occidere tradit totum
 65 corpus ad penam, caput autem suum custodit . . . Serpens, ubi oculos obduci sibi senserit nota remedia petit nec fraudatur affectu, nam pastus feniculo cecitatem repellit exceptam. Fertur autem quod rubi folia superiecta serpenti interimunt eum. Ieiuni hominis sputum si serpens gustaverit
 70 morietur». Ita scribitur in libro Papie.

SERRA est «pretenuis lamina ferri, dentium mordacitate resecans» arbores seu ramos. Ita dicit Papias. Et, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xix (19,9), «Serre nomen de sono factum est, id est a stridore serre», quasi diceret ficticium
 5 nomen est a sono. Vel dicitur a seco, cas. Item a serra dicitur serro, ras, id est serra secare, et inde verbalia.

SERVITUS «a servando vocata. Apud antiquos enim qui in bello a morte servabantur servi vocabantur. Hec est sola malorum omnium postrema pena, que liberis omni supplicio gravior est. Nam ubi libertas periit una ibi perierunt et
 5 omnia». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum v (27,32) ubi agit de penis. Servitus autem et servitium sic differunt, nam servitus est conditio serviendi, servitium muneris.

59 autem *om.* D 61 scienter C, scitienter D; vero] autem B 63-64 serpentis est quando B 65 corpus suum B; suum optime custodit B 65-66 serpens etiam ubi B 66 obduci] duci C; nota quod remedia BD 67 effectum C, affectum D; cecitatem *om.* A 68 serpentis A 70 in papia C

SERRA 1 dentium asperrimum B 2 seu] sive B; ait] dicit C 4 id est . . . serre *om.* B 4-5 ficticium nomen est] est nomen onomatopoeion id est fictum nomen B 5 est *om.* C 6 id] quod B; verbalia quedam B

SERVITUS 3-4 supplicio D 4 est *om.* A; ubi est libertas A

SERVUS a servando dicitur, sicut dictum est supra proximo. Et dicit Papias quod servus, famulus et mancipium ita distinguuntur: servus dicitur «ex conditione servitutis», item «servus in bello captus atque servatus; famulus ex propria
5 familia ortus; mancipium ex hostibus quasi manu captum». Item est servus empticius qui pretio emitur. Item verna sive vernaculus in domo nutritus quia vernat, id est claret, in domo.

SETHIM, sicut dicitur in Historiis (1169) super Exodum, «nomen est montis et regionis et arboris que similis est albe spine in foliis, et est levissimum lignum et incremabile et imputribile».

SEVUS dicitur crudelis. Proprie tamen sevus est in ira, crudelis in sanguine. Unde crudelis a cruore dicitur. Sevus autem a sevio, is, sevivi, ire, itum, quod est insanire, furere, sevu[m] esse vel fieri.

SEVERUS, ra, rum dicitur rigidus, austerus. Et dicitur severus quasi sequens verum vel quasi satis verus. Tenet enim sine pietate iustitiam, contra illud Ecclesiaste vii (17), «Noli esse iustus multum», ubi dicit glosa, «Summum ius summa
5 iniuria est». Invenitur etiam severus, id est castus, et inde hec severitas, id est austeritas, rigor vel integritas iudicii vel vehementia ultionis. Et inde severo, ras, quod non est in usu, sed componitur assevero, ras, id est asserere, et persevero, ras, id est persistere, in proposito permanere.

SEXTARIUS «duarum librarum est. Qui bis assumptus nominatur bilibris, assumptus quater fit greco nomine cenix, quinquies complicatus quinarem sive gomor facit. Adice

SERVUS 3 ex] pro C 6 est *om.* B; emptius C

SEVUS 1-2 crudelis vero in B 2 unde et crudelis B 3 insaniare A

SEVERUS 3 Ecclesiaste] sapientie A, proverbiorum BD; vii d C 6 id est castitas vel austeritas B 7-8 quod . . . ras *om.* D

SEXTARIUS 1 est *om.* B 1-2 nominatus A

sextum, congium reddit, nam congius sex metitur sextariis,
 5 a quo et sextarii nomen dederunt. Congius autem a congien-
 do, id est per augmentum crescendo vocatur. Unde postea
 pecunia beneficii gratia cepta congiarium appellatum est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (26,6-7) ubi loquitur
 de mensuris.

SIBAN dicitur mensis Iunius. Vide supra ubi exponitur
 Adar.

SIBILARE proprie serpentum est, et tamen homines sibilant.
 Unde hic sibilus in singulari et hec sibila in plurali eterocli-
 tum est in genere. Et, sicut dicit Papias, «sibilus est spiritus
 tenuis. Fit autem vel exilis aeris pulsu vel verberati aeris
 5 ictu».

SICARIUS dicitur qui defert sicam. Est autem sica genus
 armorum, «a secando dicta. Est enim parvus gladius quo
 maxime utuntur qui apud Italos latrocinia exercent, a quo
 et sicarii dicti». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii
 5 (6,8) ubi agit de gladiis. Vide supra ubi exponitur sicarius.

SICERA «est omnis potio que extra vinum inebriare potest.
 Cuius licet nomen hebreum sit, tamen latinum sonat pro eo
 quod ex succo frumenti vel pomorum efficiatur, aut palma-
 rum fructus in liquorem exprimantur, coctisque frugibus
 5 aqua pinguior quasi succus colatur et ipsa coctio sicera nun-
 cupatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (3,16) ubi
 agit de potu.

SICCINE, id est sicne, adverbium est interrogandi. Et com-
 ponitur a sic et ne, interposita i. Vel dicitur siccine absolute

6-7 postea beneficii pecunia beneficii A 8 xix BCD
 SIBILARE 3 in om. B 4 vel *primum* om. BC; verberari D
 SICARIUS 1 dicitur] autem est B, est C, om. D; defert] fert D 2 enim]
 autem B 3 utuntur illi qui B
 SICERA 2 cuiuslibet D 3 fermenti ACD; efficitur C 4 exprimuntur
 B 5 cicera C

pro sic, et tunc cine est sillabica adiectio, et est adverbium similitudinis.

SICOMORUS «dicitur ficus fatua, in foliis moro similis, in aliis ficui». Ita dicit Magister in Historiis (1596). Quod autem dicitur sicomorus quasi sicut morus ethimologia est, non compositio. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,20),
 5 «Sicomorus et morus greca nomina sunt. Dicitur autem sicomorus eo quod sit similis moro. Hanc Latini celsam appellant ab altitudine quia non est brevis ut morus».

SICLUS genus est ponderis de quo Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,18), «Sicel, qui latino sermone siclus corrupte appellatur, hebreum nomen est, habens apud eos uncie pondus. Apud Latinos autem et Grecos iiii pars uncie est et stateris
 5 medietas, dragmas appendens duas. Unde, cum in litteris divinis legitur siclus, uncia est, cum vero in litteris gentilium, iiii pars uncie. Uncia autem dicta quod universitatem minorum ponderum sua unitate vinciat, id est complectatur». Item super illud Genesis xxiii c (22), «pondo siclorum x»
 10 etc. dicit Ieronimus (*in Glosa, cf. Lib. Heb. Quaest. in Gn., PL 23,973*), «Bache, quod hic pro didragmate ponitur, semiuncia est; sicel vero, qui latine sed corrupte siclus dicitur, uncia est».

SIDUS, deris dicitur a sedeo, des vel a sido, dis, quod idem est. Est autem sidus idem quod «stella vel collectio stellarum in aliquo signo, et dicitur sic a simul sedendo». Ita dicit Huguitio (*s. v. Sedeo*). Et nota differentiam quam ponit Ysidorus Ethimologiarum iii (60) dicens, «Stelle et sidera et astra inter se differunt. Nam stella est quolibet singularis. Sidera vero sunt stellis plurimis facta, ut Hiades, Pliades.

SICCINE 3 adiectio A

SICOMORUS 3 sicut] siccus B 6 eo quod sit] quasi C

SICLUS 1 quo] qua AD 2 latine C; siclus] ciclus C 6 uncie est A 7 dicta est B 8 completiatur B 11 dragmate C

SIDUS 1 sido, dis] sidonis C 3-4 ita dicit Huguitio *om.* C 4 nota quod differentiam A

Astra autem stelle grandes, ut Orion, Bootes. Sed hec nomina scriptores confundunt et astra pro stellis et stellas pro
 10 sideribus ponunt». Vide supra ubi exponitur astrum.

SIGNARE est signum facere vel signo designare, exprimere, ostendere. Et ponitur pro sigillare. Unde signanter, id est evidenter et aperte.

SIGNA dicuntur minora, ostenta maiora. Vide supra ubi exponitur monstrum et postea ubi exponitur ostentum. Item secundum Papiam signa dicuntur argumenta, rationes, indicia, note, testimonia, vestigia, coniecture. Item signa dicuntur vexilla. Item «quedam stelle», sicut ait Ysidorus
 5 Ethimologiarum iii (71,4), «idcirco dicuntur signa quia eas naute observant in gubernandis remigiis». Item xii signa celi posuerunt gentiles, de quibus invenies supra ubi exponitur arturus. Item signum invenitur quandoque pro custodia.
 10 Unde Ecclesiastici xlii b (6), «Super mulierem nequam bonum est signum», id est signata custodia.

SIGNIFICARE dicitur signum facere, manifestare, notificare, exprimere. Unde hec significantia, id est expressio significativa, et hec significatio idem. Unde i Machabeorum vii
 5 g (45), «tubis cecinerunt post eos cum significationibus», id est expressa signa dederunt in clangore tubarum quod viciissent vel forte sua insignia proclamabant.

SILEX, sicut ait Papias, dicitur durissimus lapis qui ictu ferri ignem emittit. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvi a (3,1),

8 autem sunt stelle B; boetes C

SIGNARE 1 est] dicitur BC

SIGNA 3 rationis CD 5 quidam C; stelle sunt sicut A 6 idcirco] so-
 circo C 7-8 item . . . gentiles om. C 9 quandoque om. BC 11 si-
 gnum facere AD; id est] scilicet B; significata A

SIGNIFICARE 2 id est] et A; expressio] designatio A 2-3 significativa]
 expressa A, significatam C, om. D 3 i om. A 5 clangorem AD

In marg. fol. 173 add. D: sillabatim id est paulatim temperanter

SILEX 1 dicitur] est B

«Silex dicitur durus lapis, eo quod exiliat ignis ab eo dictus».

Et nota quod secundum diversos auctores in masculino et
5 feminino genere invenitur. Unde Ovidius *Methamorpho-*
seon vii (107),

Aut ubi terrena silices fornace soluti.

Virgilius in vii (VIII, 233) *Eneidos*,

Stabat acuta silex, precisus undique saxis.

SILIQUA, sicut ait Hugutio (*s. v.* Xilon), «genus est legumi-
nis quod porci in Africa comedunt. Item siliqua dicitur fol-
liculus cuiuslibet leguminis et purgamentum eius». Unde
Virgilius in primo *Georgicorum* (74-6),

5 Unde prius letum siliqua quassante legumen
Aut tenuis fetus viciae tristisve lupini
Sustuleris, etc.

Item siliqua dicitur quedam arbor. Unde Ysidorus *Ethimo-*
logiarum xvii (7,29) ubi agit de propriis arborum nominibus
10 sic ait, «Silicon, quam Latini corrupte siliquam vocant, ideo
a Grecis tale nomen accepit eo quod ligni eius fructus sit
dulcis. Xilon quippe dicunt lignum, licon dulce». In *Histo-*
riis (1584) super *Luce xv* (16) dicitur sic, «Siliquas cibum
porcorum dixit, et est secundum quosdam siliqua fructus
15 arboris sonum faciens dum comeditur. Est autem genus le-
guminis sonoris folliculis et vacuis, quod magis onerat quam
reficiat».

SILVA est spissum nemus et breve et dicitur a xilon, quod
est lignum, quia multa ligna ibi ceduntur, et differt a ne-
more et luco. «Nemus enim a numinibus nuncupatur quia
pagani ibi idola constituebant. Sunt autem nemora arbores
5 maiores, umbrose frondibus. Lucus est densitas arborum

4 et *primum om.* B 4-5 et in feminino C 6 vii] vi AD
SILIQUA 1 est *om.* D 2 dicitur *iteravit* D 3 cuiusque C 5 cassante D
6 aut] at C 12 xilion C 13 lucam B
SILVA 2 differ C 5 lucus autem est B

solo lumen detrahens, et dicitur per antiphrasin a luceo, ces». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (6,6-7). Secundum Huguitionem (s. v. Xilon) silva dicitur a silen, «quod est vastitas vel silentium . . . quia silva est ubi loca vasta sunt et
 10 deserta et silentio plena».

SIMBOLUM, sicut dicit glosa super illud Proverbiorum xxiii (21), «vacantes potibus et dantes simbola consumentur», «est collatio sermonum, ut in concilio, vel pecuniarum, ut in presenti loco». Gallice dicitur escot. Et dicitur a sin, quod est
 5 con, et bolos, quod est morsellus; quilibet ponit ibi morsellum suum, id est particulam suam. Unde «credo in deum» dicitur symbolum apostolorum quia in faciendo illud quilibet posuit bolum suum, ut puta *Petrus* credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre; *Andreas* et in
 10 Iesum Christum filium eius unicum, dominum nostrum; *Iacobus* qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine; *Iohannes* passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus; *Thomas* descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis; *Iacobus Minor* ascendit ad celos, sedet
 15 ad dexteram dei patris omnipotentis; *Philippus* inde venturus iudicare vivos et mortuos; *Bartholomeus* credo in spiritum sanctum; *Mattheus* sanctam ecclesiam catholicam; *Simon* sanctorum communionem, remissionem peccatorum; *Taddeus*, id est Iudas, carnis resurrectionem; *Mathias* vitam
 20 eternam. Amen. Composuerunt autem hoc symbolum postquam electus est Mathias, antequam dividerentur, unusquisque in sortem predicationis sue. Ex hoc patet quare non sunt aliqui articuli positi a Paulo et Barnaba, non enim adhuc electi erant in apostolatam. Item Ysidorus Ethimologiarum
 25 vi g (19,57-8), «Symbolum per linguam grecam signum vel

6 solo vel solis lumen B 8 silen] silon A 10 et silentio plena om. A
 SIMBOLUM 2 consumuntur BD 3 collectio AC; vel om. B 4 gallice
 om. B 5 con] cum AD 6 suum om. A 7 quia] quod D 15 ven-
 turus est BC 20 hoc om. D 22 ex] et B 24 enim erant apo-
 stoli C

cognitio interpretatur. Descensuri enim apostoli ad evangeli-
zandum in gentibus hoc sibi predicationis signum vel indi-
cium posuerunt. Continet autem confessionem trinitatis et
et unitatis et unitatem ecclesie et omne christiani dogmatis
30 sacramentum».

SIMIE «grecum nomen est, id est pressis naribus. Unde et
simias dicimus quod suppressis naribus sint et facie feda,
rugis turpiter follicantibus . . . Alii simias latino sermone
vocatas arbitrantur eo quod multa in eis similitudo rationis
5 humane sentitur, sed falsum est. Hee, elementorum sagaces,
nova luna exultant, media et cava tristantur. Fetus, quos
amant, ante se gestant; neglecti circa matrem herent. Ha-
rum genera v sunt, ex quibus circopedici caudas habent,
simia enim cum cauda est, quam quidam clunam vocant.
10 Spinge villose sunt comis et mammis prominentibus, dociles
ad feritatis oblivionem. Cinocephali et ipsi similes simiis,
sed facie ad modum canis, unde et nuncupati sunt. Satiri fa-
cie admodum grata, et gesticulatis motibus inquieti. Calli-
trices toto pene aspectu a ceteris distant. Sunt enim in fa-
15 cie producta barba et lata cauda». Ita dicit Ysidorus Ethi-
mologiarum xii (2,30-3).

SIMILA dicitur «flos tenuissime farine, qui et simulago di-
citur et pollen vel pollis». Vide supra ubi exponitur pollenta.
Et secundum Huguitionem (*s. v.* Simul) dicitur simila a si-
mul.

SIMILITUDO est, cum «secundum aliquam speciem visam,
imago exprimitur vel pingitur vel formatur. Figura est, cum

26 apostoli *om.* B 29 christiane C

SIMIE 1 et *om.* D 6 et cava *om.* B 7 inherent D 8 circopedici ACD
9 enim *om.* C; quidam] caudam B 10 et *iteravit* C 10-11 dociles . . . cinocephali *om.* B 10 dociles] faciles O *sed* dociles in *marg.*
C 11 fertilitatis D; cinophali D; ipsis aliquantulum similes B;
simis C 12 faciem habeant ad B; nuncupata D 13 gestulatis D;
inequiti D 13-14 gallitricis ABD

SIMILITUDO 1 aliquam] aliam C 2 figura enim est D

impressionem forme alicuius imago exprimitur», veluti si cera ex anulo effigiem sumat aut si figulus in argillam manum
 5 vultumque aliquem imprimat et fingendo figuram faciat. Ita dicit Papias.

SIMPSONIA «vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte pelle extenta, quam virgulis hinc et inde musici feriunt, fitque in ea ex concordia gravis et acuti suavissimus cantus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum iii (22,14). Idem
 5 in eodem (20,3), «Simphoniam est modulationis temperamentum ex gravi et acuto concordantibus sonis, sive in voce sive in flatu sive in pulsu. Per hanc quippe voces acutiores gravioresque concordant, ita ut quisquis ab ea dissonuerit sensum auditus offendat. Cui contraria est diaphonia, id est vo-
 10 ces discrepantes vel dissone». Item super illud Luce xv (25), «audivit simphoniam et chorum» dicit glosa, «Simphoniam est collatio quorumcumque sonorum, chorus vocum». Et dicitur simphoniam a sin, quod est con, et phonos, quod est sonus, quasi consonantia vel concordia sonorum.

3 forme om. A

In marg. fol. 173^v add. D: hic et hec simmista te dicitur camerarius a simma me per duo m id est camera vel potest dici quod simmista dicitur secretarius et componitur a sin quod est cum et mista te communis generis quod est secretarius qui conscius est secreti vel misterii dicitur a mista a mistis quod est secretum

SIMPSONIA 3 sitque C; ea ex ea ABD 5 est om. D 7 hanc] hec B 8-9 sensu C 9 est alterum om. C 10 vel] et A 12 collectio D 13 con] cum AD

In marg. fol. 173^v add. D: a simul vel similis simulo las representare et proprie falso fingere videlicet fingere se scire quod nescit vel esse quod non est unde simulatorius a um et hoc simulacrum ymago vel effigies quasi similans aliud quam sit et hec simulas tis discordia contentio dolens et proprie latens odium et hinc hoc simulum ti quidam vermis in cornibus arietum qui facit eos cornipetare et simulo tas inimicos facere vel fugare vel odio habere simulo componitur assimulo las id est valde simulare dissimulo id est diffiteri negare inficiari se scire vel esse quod scit vel est unde solet dici simulo quod nescio vel quod non sum dissimulo quod scio vel sum item insimulo las id est accusare vel incusare quia accusatoris est simulare in adversarium quicquid et insimulor in eodem sensu deponens

SINAGOGA «grece, latine congregatio dicitur, quod proprie nomen Iudeorum populus tenuit. Ipsorum enim proprie sinagoga dici solet quamvis et ecclesia dicta sit. Nostram vero apostoli numquam sinagogam dixerunt, sed semper ecclesiam, 5 sive discernendi causa sive quod inter congregationem, unde sinagoga, et convocationem, unde et ecclesia nomen accepit, distat aliquid, quod scilicet congregari et pecora solent, quorum et greges proprie dicimus; convocari autem magis est utentium ratione, sicut homines sunt». Ita dicit Ysidorus 10 viii a (1,7-8). Et dicitur a sin, quod est con, et goge, quod est congregatio vel congregare. Papias dicit quod sinagoga dicitur conventus vel congregatio sive collectio. Vide supra ubi exponitur ecclesia.

SINAPIS dicitur a sin, quod est simul, et napus eo quod foliis sit similis napo. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (10,10) ubi agit de oleribus dicit sic, «Sinapis appellatur eo quod foliis sit similis napis». Item Macer De viribus her- 5 barum (1139-46) sic ait,

Inter eas, quas Pitagoras laudaverat herbas,
 Asseritur primam laudem tribuisse sinapi.
 Quartus ei gradus est in vi sicca calidaque.
 Extrahit humores viscosos extenuatque,
 10 Comburitque cutem, vis est sibi tanta caloris.
 Maior vis eius in semine dicitur esse.
 Sensus exacuit cibus eius, commovet alvum,
 Confringit lapides, urinam et menstrua purgat.

Et sequitur (1151-3; 1186-7),

SINAGOGA 1 latine *om.* C 4 sinagogam *om.* D 5 congregationem iudeorum et fidelium fieret separatio manifesta unde B 5-6 unde sinagoga *expunxit* D 6 sinagoga] sine goga A; convocationem... ecclesia] a congregatione B 7 distat... congregari *om.* B; aliquid] aliud AC; unde et pecora B; et] congregationem D 8 dicimus congregari convocari C 10 sin] sym B; con] cum ABD 11 congregatio] gregatio D 11-12 dicitur quod conventus A 12 collatio AB

SINAPIS 1 a sin *om.* A 4 napo A 6 pictagoras B 8 ei] enim BD 9 viscosos D 10 utem D 11 maior] amor C

- 15 Mansum confortat stomachum, suspiria sedat.
 Morsus serpentum, trito si iungis acetum
 Et superapponas, tali medicamine curas.
 Exprimitur succus tenero de caule sinapis,
 Quem succum mandens dentis tormenta fugabit.

- 20 Et dicit Huguitio quod hoc sinapi indeclinabile invenitur pro
 semine illius herbe et pro confectione que fit ex illo.

SINCERUS, «ra, rum et hic et hec sinceris et hoc cere in eodem sensu, id est sine cera, sine mollitie, sine flexibilitate, scilicet purus, constans, firmus, mundus, sine vitiiis». Ita dicit Huguitio (*s. v. Cera*). Et componitur a sine et cera; et
 5 secundum hoc tam sincerus quam sinceris producant penultimam. Unde Oratius in fine secunde Epistule (I, 2,54),

Sincerum nisi vas, quodcumque infundis acescit.

Item Virgilius in Moreto (42-3),

- 10 Subsedit sincere foraminibusque liquatur
 Emundata Ceres.

Et possunt predictae significationes haberi per hos versus,

Since ris vel rus capit atque notat bene firmus,
 Constans, non fragilis, non flexibilis neque mollis,
 Nec non et mundus, purus quoque, non vitiosus.

- 15 Item potest sinceris componi a sine et caries quasi sine carie, id est sine corruptione. Et sic exponit glossa ad Philippenses i (10) «sitis sincere», id est «sine operibus corruptionis». Et secundum hoc corripitur penultima. Unde versus,

Sinceris a carie, sed sinceris sine cera.

- 20 Item Grecismus (XIII, 71-4),

Res est sincera, res sinceris quoque pura,
 Et cum predictis sincere signat idem.

15 mansum] sinapi *suprascripto* D; cedat C 18 tereno C; caulo D 20 hoc] hec C
 SINCERUS 7 accessit ABD 9 foraminibus AC 15 caries ei quasi B; sine *alterum om.* B 16 putredine vel corruptione B 17-18 secundum *om.* D 19 sinceris est sine cera A

Diversa tamen hec veniunt ab origine, namque
Huic caries, illis est sine cera caput.

- 25 Sic ergo patet quod sinceris produci vel corripri potest secundum diversas compositiones.

SINDON, sindonis vocatur «lineum amictorium feminarum, quo humeri operiuntur. Idem et anabolagium». Ita dicit Papias. Item Ysidorus Ethimologiarum xix (25,7) ubi agit de palliis feminarum dicit sic, «Anabolagium est amictorium
5 lineum feminarum quo humeri operiuntur, quod Greci vel Latini sindonem vocant». Et corripit sindon hanc sillabam do in obliquis. Unde in Aurora (*Evang.* 2819) scribitur,

Hii mundum corpus involvunt sindone munda.

Et quandoque simpliciter ponitur pro lineo panno.

SINGILLATIM, id est singulariter, per singulas vices, separatim. Ita exponit Papias. Vel secundum Huguitionem «singillatim adverbium est discretivum, id est per singulos, pro quo quidam dicunt sigillatim, sed male». Nam sigillatim, id
5 est expresse, dicitur a «sigillo, las, quod est sigillum facere vel sigillo designare, firmare, claudere»; singillatim autem quasi singulatim dicitur a «singulus, la, lum, quod est unus vel unicus, sed in plurali accipitur distributive, ut singuli comedunt, id est separatim quilibet, per se, unus et unus
10 per se».

SINGULARE certamen dicitur monomachia quando tantum unus pugnat contra unum, sicut David pugnavit contra Go-

24 huic] hec AD; sine cera] sincera B 25 sincerio B; potest *om.* D
26 compositionum variationes B. *In marg. add.* D: huguitio dicit male et sine omni excusatione dicitur sinceris penultima correpta ergo si versus ab aliquo magistro vel potius discolo factus ex defectu scientie inveniatur in quo sinceris penultimo producat abradatur cum suo auctore de libro vite et cum iustis non scribatur
SINDON 2 humeri earum operiuntur B 3 ysidorus autem ethimologiarum B 4 est *om.* C 5 humeri] greci A, humeri earum B 6 sindon sindonis B 7 do in genitivo et aliis obliquis B
SINGILLATIM 2 vel *om.* A 5 dicitur *om.* D 6 autem *om.* A

liam. Et dicitur monomachia a monos, quod est unus, et machia, quod est bellum.

SINGULTUS secundum Papiam dicitur suspirium, viscerum pulsus, ploratio, gemitus, tristitia, planctus. Et subdit, singultus ex stomacho fit aut ex frigore aut ex frigido bibendo aut ex multo cibo vel potu aut ex parvo. Secundum Hugui-
 5 tionem singultus est tractus anhelitus cum difficultate. Et dicitur a singultio, tis, quod est trahere spiritum et anhelitum cum difficultate. Et deberet facere supinum singultitum, facit autem singultum. Unde singulto, tas frequentativum et singultatim adverbium.

SINO, sinis, sii vel sivi, sinere, situm, tu dicitur permittere, dimittere. Item sinere dicitur finiri vel terminari et cessare.

SINOPIS, dis color quidam est rubeus. Unde a quibusdam ethimologizatur sic: sinopsis quasi sanguis nobilis quia sanguineum habet colorem. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum
 5 XIX (17,3) ubi agit de coloribus, «Sinopsis inventa est primum in Ponto insula, unde a Sinope urbe Ponti nomen accepit. Species eius tres: rubra et minus rubens et inter has media».

SINUS dicitur a sino, nis et significat multa. Sinus enim dicitur collectio vestis. Unde Papias, sinum dicimus «sinuate vestis receptaculum». Item sinus dicitur naturalis portus, exesum fluctibus litus. Item maiores recessus maris dicun-
 5 tur sinus. Item sinus altaris dicebatur in quo consumebantur igne que ponebantur super altare, et in ista significatio-

SINGULARE 3-4 unum vel unus et machos quod est pugna vel bellum quasi unius bellum B

SINGULTUS 1 suspirium a profundo corde vel a profundis visceribus editum viscerum B 3 frigido bibito vel bibendo B 4 multo] nimis B 7-8 singultitum sed facit singultum B

SINO 2 perfiniri C

SINOPIS 6 minus rubens et om. C; rubens] rubea B

SINUS 2 simulate AD 3 vestis id est plicate flexe vel curvate vestis receptaculum B 4 litus om. AB

ne accipitur Ezechielis xliii c (13). Et a sinu dicitur «sinuosus, sa, sum, id est sinibus plenus et amplius et dilatatus et curvatus, . . . et sinuo, sinuas, id est ampliare, curvare, pli-
 10 care, quod componitur insinuo, as, id est denuntiare, quasi in sinum mittere latenter, persuadere, dissimulare». Ita dicit Huguitio (*s. v. Sino*). «Item a sinus dicitur hoc sinum, sini, scilicet vas in quo mulgetur». Versus (*Serlo* 2,112),

Implet mamma sinum lactisque coagula sinum.

SINUS ABRAHE, sicut dicit Magister in Historiis (1589), «locus erat in superiori margine inferni, aliquantam habens lucem, sine omni pena materiali, in quo erant anime predestinatorum usque ad descensum Christi ad inferos, qui locus
 5 propter sui tranquillitatem sinus Abrahe dictus est, ut sinum maris dicimus. Et dicebatur Abrahe quia ipse fuit prima via credendi, ipse enim primus publice predicavit unum deum tantum esse. Hunc tamen locum vocavit Iob tenebras pro tedio expectandi, dicens (17,13), 'et in tenebris stravi lectu-
 10 lum meum'».

SIQUIS, id est si aliquis, dictio est composita, sicut ostenditur per Priscianum (v, 67) supra ubi exponitur nequis. Vide versus ibidem positos. Et habet siquis gravem accentum, sicut nequis.

SIRENA, ne et hec siren, renis «monstrum est marinum quod dulcedine sui cantus nautas attrahit ad loca periculosa et submergi facit». Unde dicitur a siren, quod est tractus. Ita dicit Huguitio (*s. v. Siren*). In glosa autem Isaie xiii g (22)
 5 dicitur sic, «Sirene sunt animalia vel serpentes cristati et

9 et a sinuo B 10 insinuo] a sinuo C 13 scilicet] id est C
 SINUS ABRAHE 4 Christi *om.* C 5 est *om.* AD 6 dicebatur] dicitur A
 8-9 pro tedio] propter tedium C 9 expectandi scilicet dicens B;
 et *om.* AD 9-10 lectum D

SIQUIS 1 si *om.* C 1-2 ostensum est BC 3-4 vide . . . nequis *in marg.* B
 4 sicut et nequis C

In marg. fol. 175 add. D: siquominus si aliter quam dico

SIRENA 1 hec] hoc B 2 quod] quasi D 3 submergere eos facit B;
 unde et dicitur B 5 animalia] alia B

alati vel, ut alii dicunt, pisces marini in specie muliebri». Papias autem dicit sic, «Sirene in Isaia demones aut dracones magni, cristati pariter ac volantes, a quibusdam putantur». Ysidorus Ethimologiarum xi (3,30-1) ubi agit de portentis dicit sic, «Sirenas tres fingunt fuisse ex parte virgines et ex parte volucres, habentes alas et ungulas, quarum una voce, altera tibiis, tertia lira canebat. Que illectos navigantes sub cantu in naufragia trahebant. Secundum veritatem autem meretrices fuerunt que quoniam transeuntes ducebant
15 ad egestatem, hiis fecte sunt inferre naufragia».

SIROPHENISSA dicta est mulier gentilis Chananea. «Chananei enim quondam Iudeam incoluerant, sed post dispersi sunt et ex hac dispersione erat mulier ista, ex Syris et Phenicibus orta. Quidam tamen dicunt Tirophenissam quia sic
5 Phenissa erat quod Tiria, sicut Dido, fuit, hoc nomine indicantes regionem mulieris et patriam». Ita dicit Magister in Historiis (1578).

SISTO, sistis caret preterito et supino, sed accipit mutuo a diversis secundum diversas eius significationes, est enim absolutum et transitivum. Quando est absolutum idem est quod sto vel maneo, id est cum prius irem sto, et secundum

10 sirenes A 12 que et A, qui C 13 in om. D 14 quoniam] quandoque B; transeuntes ad eas ducebant B 15 naufragia etc. BC
In marg. D: a sirena sirenicus ca cum id est dulcis delectabilis attractivus et periculosus item a siren quod est tractus dicitur hec sirtis et sunt sirtes loca periculosa in mari dicta ab attractione in cumulos cum enim est ibi inequalitas terre et maris in uno loco in aqua profunda in alio vadosa unde et periculosum est illac ire

SIROPHENISSA 2 sed] et B 4 sicut AD 5 Tira C 6 et] ac B

Inter sirophhenissa et sisto add. C: sirtis est quidam locus periculosus in mari ab attractione harene in tumulos sic dictus unde dicitur a siren quod est tractus est enim inequalitas maris et terre in uno enim loco est aqua profundissima in alio est vadosa unde periculosum est illac ire et declinatur hec sirtis et sicut scribitur in papia sirtes sunt iuxta mare egiptium et admiscentur ea secundum remigium sirtis interpretatur tribulatio vel angustia sive punctio tractionis sive attractio

5 hoc accipit preteritum et supinum a sto et facit sisto, steti, statum. Quando vero est transitivum idem est quod statuo, ut «iste sistit menia», id est statuit. Accipitur etiam pro firmare vel retinere vel stabilire, ut «sisto equum». Unde Ovidius in libro Fastorum (1, 367),

10 Siste, puer, lacrimas; Proteus tua dampna levabit.

Item sistere dicitur representare, ut ibi «ut sisterent eum domino», (*Lc.* 2,22) et secundum hoc est transitivum et accipit preteritum et supinum a statuo et facit sisto, statui, statutum. Versus,

15 Sisto facit statui si transeat atque statutum,
 Quod si sit neutrale steti nullumque supinum.

Supple proprium, sed bene accipit mutuo, ut dictum est.

SISTRUM pro tuba dicitur a sisto, sistis, sicut dicit Hugutio, vel a steron, quod lingua egiptiaca dicitur sistrum. Sed Ysidorus Ethimologiarum iii (22,12) dicit sic, «Sistrum ab inventrice vocatum est. Isis enim regina Egiptiorum id ge-
5 nus invenisse probatur. Iuvenalis (13,93),

 Isis et irato feriat mea lumina sistro.

Unde et hoc mulieres percutiunt quia inventrix huius generis mulier extitit. Unde et apud Amazonas sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur». Et videtur per verba Ysi-
10 dori quod non sit tuba, sed aliud instrumentum quod percussus reddit sonum, sicut cimbalum vel timpanum.

SITARCIA vas est repositorium, sicut saccus vel pera. Unde Ysidorus Ethimologiarum xx (9,6) ubi agit de vasis repositoriis sic ait, «Sitarcie nautarum sunt ab eo quod sicce sunt

SISTO 7 etiam] et D 8 siste D 13 preteritum statui et D 16 quod] sed B; stetit C

SISTRUM 2 quod est lingua A 2-3 sed secundum ysid. D 4 vocatum est om. A 8 amathonas B 9 per] ad A 10 sed magis aliud B 11 cimbolum C

SITARCIA 3-4 quod sicce sunt sunt appellate A

appellate». Unde i Regum ix a (7), «panis deest in sitarciis
5 nostris». Vide supra ubi exponitur cistarca.

SITROPEDES invenies supra ubi exponuntur citropedes.

SITULA est vas aquarum et dicitur a sitio, sitis. Unde Ysi-
dorus Ethimologiarum xx (6,4), «Situla dicta est eo quod
sitientibus apta sit ad bibendum; quod vas Greci cadum
vocant». Item situla genus est serpentis, de qua quere supra
5 ubi exponitur dipsas.

SITUS, ta, tum, id est positus, a sino, sinis dicitur. Item «hic
situs, tus, tui dicitur representatio vel ordinatio vel humor
vel modus vel natura vel vetustas vel negligentia ex vetusta-
te». Ita dicit Hugutio (s. v. Sino).

SMARAGDUS «gemma est cui nichil viridius comparatur»,
nam herbas quoque virentes frondesque exsuperat. Solo enim
intuitu implet oculos nec satiat. Sculpentibus quoque gem-
mas nulla gratior oculorum refectio, inficiens circa se viri-
5 ditate repperctum aerem. Ita dicit Papias et concordat cum
Ysidoro Ethimologiarum xvi (7,1). Vide versus supra posi-
tos ubi exponitur abissus. Item a smaragdus, di dicitur sma-
ragdinus, na, num nomen possessivum. Et producit penul-
timam secundum regulam Prisciani (II, 51) que scripta est
10 supra ubi exponitur bissus. Invenitur etiam hec smaragdo,
dinis idem quod smaragdus et inde smaragdineus, nea, neum.
Unde Apocalipsis iii b (3) habent multe biblie «et iris multa
erat in circuitu eius similis visioni smaragdinis»; alie habent
«smaragdine» et tunc est nomen possessivum.

5 cistarca] archa D, cistarcha cistarcia C
SITROPEDES sicropes A, sicropedes B, sitropes D; citropedes] ocro-
pedes B
SITULA 1 aquarium B 5 exponuntur AD
SMARAGDUS 4 nulla fit gratior B; reflectio A, reflectioni B 7 a om. D;
smaragdus da dum B 7-8 di dicitur smaragdinus om. B; sma-
radinus C 8 nomen est possessivum B 10 etiam] et A; hec
smaragdo om. D 11 huius dinis A 11-12 neum et smaragdinus
na num unde et apocalipsis B 12 multa om. C

SMIGMA, smigmatis, «quod quidam dicunt migma, sed corrupte, est quoddam unguentum vel confectio unguenti, saponis vel aliarum rerum boni odoris». Ita dicit Huguitio. Unde Danielis xiii (17), «Afferte mihi oleum et smigmata».

- 5 Tene quod dicit notula supra posita ubi exponitur migma quia Huguitio contrarius sibi ipsi est.

SOBOLES dicitur «progenies, filius vel filia». Et dicitur soboles a suboleo, les, quod est subcrescere. Unde soboles «quasi suboles quia suboleat, id est subcrescat». Ita dicit Huguitio (s. v. Oleo).

SOBRIUS, a, um dicitur abstinens et componitur a se et bria, quod est mensura. Unde dicitur sobrius quasi sebrus, id est secum habens briam. Unde hec sobrietas.

- SOCER, soceri dicitur pater uxoris vel mariti. Unde hec socrus, huius socrus dicitur mater uxoris vel mariti. Et dicitur socer a socio, cias quia sociatur genero vel nurui et econverso. Nomina ad consanguinitatem et affinitatem pertinentia in-
- 5 venies supra ubi exponitur frater. Grecismus (xii, 401-4) ponit tales versus,

Est socer uxoris genitor, socrus genitrix est,
 Ast uxor nati dicitur esse nurus,
 Vir gener est proprie soceri, cui filia nubit,
 10 Dicti sic quod ad augendum genus huic sociatur.

- SOCIUS proprie est in periculo, collega in officio, comes in itinere, consors in premio, sodalis in mensa vel in sede quasi sedalis. Ysidorus Ethimologiarum x (245) dicit quod «socii dicuntur propter periculi aut operis societatem quasi in una
- 5 caliga et in uno vestigio manentes». Et tunc dicitur socius a soccus, socci, quod est calciamentum comedorum. Vel di-

SMIGMA 5-6 Tene . . . est *in marg.* D, *om.* B 5 dicit *om.* C

SOBRIUS 1 componitur] dicitur AD 2 dicitur *om.* D

SOCER 2 dicitur *om.* C 4 sanguinitatem D

SOCIUS 2 primio D 6 socrus socri C

citur a sequor, queris. Invenitur etiam socius, socia, cium.
Grecismus (XIII, 203-5) ponit tales versus,

10 Me comitem via, me socium labor indicat esse,
Me scola consortem facit et conviva sodalem,
Missio collegam facit et collectio quemquam.

SOCIETAS dicitur pax, fedus et sociorum unitas.

SOL dicitur a solus, la, lum eo quod solus appareat, obscuratis fulgore eius sideribus. Unde sol dicitur quasi solus lucens. Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum iii (51,1-2), «Sol oriens diem facit, occidens noctem inducit; nam dies est
5 sol super terras, nox est sol sub terra. Ex ipso enim sunt hore, ex ipso dies cum ascenderit; ex ipso etiam nox cum occiderit; ex ipso menses et anni numerantur; ex ipso vicissitudines temporum fiunt. Quando vero per meridiem currit vicinior terre est; quando vero iuxta septemprionem sublimis at-
10 tolitur. Cui deus diversos cursus, loca vel tempora constituit ne, dum semper in eisdem moretur locis, cotidiano vapore eius consumat omnia. Unde dum ad superiora conscenderit, ver temperat, ubi autem ad summitatem celi venerit estivos accendit calores, descendens rursus autumpno reddit tem-
15 periem. Ubi vero ad inferiorem redit circulum ex glaciali compage celi rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit» etc. Grecismus (IX, 201-5) ponit tales versus,

Dicitur hinc Titan quia nos illuminat, at sol

10 convivia A 11 *Post quemquam add.* B, *post queris* (v. 7) C, *in marg.* D: (Nota etiam quod B) comedus est (dicitur CD) ille (ille poeta CD) qui facit carmina (carmina vel cantilenas B) de rusticis et vilibus (viribus C) personis (personis poeta scilicet B) et dicitur a comos (comes CD) quod est villa et odos quod est cantus (unde comedia (comeda D) dicitur carmen de villanis et vilibus personis CD)

SOL 1 solus *alterum om.* BC 1-2 obscuritatis ABC 2 eius] suo A 2-3 lucens super omnia B 5 est] autem D; est sol] est latio solis B; terra] terram B 6 etiam *om.* C 10 cursus] cultus AD 12 ascenderit C 13 venit B; estivo D 14 accenderit A, arcendit B, ascendit C; rursus D 15 reddit D 18 hic ABD

20 Quod solus celi super omnia sidera lucet,
Et quia res omnes illuminat hinc sit Apollo,
Quodque foco plenus sit Phebus dicitur inde,
Aut etiam Phebus quod sit novus esse probatur.

SOLARIUM dicitur quasi solaurium eo quod soli et auris pateat. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (3,11).

SOLERS dicitur sapiens, cautus. Et componitur a «solon, quod est totum vel multum» et ars, artis quasi totus vel multus in arte. Et secundum hoc dicit Hugutio (*s. v.* Arceo) quod debet scribi per unum l. Vel componitur a sollicitus,
5 ta, tum et ars, artis et tunc scribitur per duo ll. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum x (243), «Sollers dicitur eo quod sit sollicitus in arte et utilis. Sollers enim apud antiquos dicebatur qui erat in omni arte instructus». Et inde dicitur hec sollertia, id est sollicitudo, vigilantia, astutia, industria,
10 instantia. Ita dicit Papias.

SOLIDARE dicitur firmare, integrare. Unde solidus, da, dum, id est firmus, et hic solidus quoddam pondus. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,14) ubi agit de ponderibus sic ait, «Solidus nuncupatus est quia nichil ei deesse videtur, soli-
5 dum enim Greci integrum dicebant et totum. Ipse quoque nummismata vocatur pro eo quod nominibus principum effigiebusque signetur. Ab initio vero unum nummismata unus argenteus erat».

SOLITARIUS, ria, rium, id est singularis, dicitur a solus, la, lum. Unde heremite dicuntur solarii quia soli in heremitariis commorantur. Item solitarius, ria, rium, id est consuetus, dicitur a soleo, soles. Item a solus dicitur hec solitudo, id est

19 sidera] lumina C

SOLARIUM 1 quasi solaurium *om.* C 2 xv] v B, x C

SOLERS 5 unde] sicut B; ait *om.* C 6-7 sollers *ambo*] sollar D 9 hec *om.* C

SOLIDARE 2 id est *om.* B 4 nichil] vel A 6 nummissima D

SOLITARIUS 2 heremitariis A, heremitagiis B 3 id est non consuetus C

5 solitaria mansio vel locus carens frequentia hominum, desertum in quo nullus habitat. Unde dicitur solitudinarius, a, um, id est solitarius vel in solitudine commorans vel ad solitudinem pertinens. Item a soleo dicitur hec solitudo, id est consuetudo, et inde solitudinarius, id est consuetudinarius.

SOLIUM dicitur sedes «in qua reges sedent propter tutelam corporis sui, secundum quosdam a soliditate dictum quasi solidum, secundum alios quasi sedium a sedendo». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (11,10).

SOLUM «est omne quod sustinet, a soliditate dictum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (8,24) ubi agit de montibus. Idem xi (1,115) ubi agit de homine et partibus eius, «Solum inferior pars pedis, dictum eo quod terre vestigia
5 imprimamus. Sed et solum dicitur omne quod sustinet quasi solidum. Unde et solum terra quod cuncta sustineat et solum pedis quod totam corporis molem portet». Unde in communi sermone de sanctis inter pascha et pentecosten dicitur de via vite «At ubi dominus resurrexit nota facta solo attrita
10 est plurimorum», etc.

SOLUMMODO, id est tantummodo, adverbium est quantitatis.

SOLLEMPNIS dicitur «celeber vel festivus . . . Unde . . . hec solennitas», id est celebritas vel festivitas et hoc solenne, solennis pro eodem. Et nota quod solenne vel solennitas dicitur a soleo, les et annus, anni, «quod solet esse singulis
5 annis; vel a solido, id est firmo, ut mutari ob religionem non debeat». Ita dicit Hugutio (s. v. Soleo) et addit quod «predicta vocabula debeant scribi per unum l et per duo n et numquam per m vel per p», ut scribatur solennis, solen-

5-6 desertum scilicet in B 9 et om. A

SOLUM 3 et de partibus B 5-6 quasi solidum om. C 7 in om. D 9 de] in D

SOLLEMPNIS 1 sollemnis A; vel om. D 2 id est om. B 4 quod] quia BC 5 a religione B 7 debent B, deberent C; unicum BC

nitās. Hoc autem non observatur communiter ab omnibus
 10 propter euphoniā et ut prima sillaba ostendatur producta
 per positionem. Si enim per simplex l scriberetur posset pu-
 tari quod ubique corripetur, sicut in soleo et solido. Scri-
 bamus ergo secure et proferamus per duplex l.

SOLLICITO, tas dicitur «persuadere, ex suo loco remove-
 re, quasi ex toto et multum citare et commovere. Unde solli-
 citus, ta, tum, id est curiosus, anxius vel commotus . . .
 et hec sollicitudo, id est animi anxietas, curiositas». Et com-
 5 ponitur sollicito a solon, quod est totum vel multum, et cito,
 tas, quod est frequentativum huius verbi cieo, cies, quod est
 vocare, movere, festinare, congregare. Utrum autem solli-
 cito «debeat scribi per unum l», sicut ait Hugutio, idem dico
 quod dixi supra de sollemni et sollemnitate.

SOPPIO, pis, pii vel pivi, sopire, pitum dicitur facere dormire,
 sedare, extinguere, terminare, compescere, facere quiescere
 et est activum. Unde Ovidius *Methamorphoseon* vii b (149),

Pervigilem superest herbis sopire draconem.

5 Et inde sopitus, ta, tum. Unde Ovidius ibidem (186-7),

 nullo cum murmure serpunt
 Sopitis simile etc.

«SOMPNI pigrities sopor est, dormitio sompnus,
 Que videt in sompnis qui dormit sompnia dicit.

(Cf. *Grec.* IX, 320-1).

SOPORO, ras dicitur sopire, facere dormire et proprie cum
 sopore et inde soporatus, ta, tum, id est sopitus.

9 servatur A 10 et om. C 13 duplex l absque p D
 SOLLICITO 1 movere C 3 anxiosus C 4 id est om. B 7 movere] com-
 movere B
 SOPPIO 1 pitum tu dicitur A 2 extinguere et terminare B 6 nullo
 crimine cum murmure D 7 etc. om. B
 SOMPNI 2 que] quod D; dicas C
 SOPORO 1 dicitur om. AD; sopire] perire A; et proprie om. D; pro-
 prie est cum B 2 sapore D

SORBITIO, a quo sorbitiuncula diminutivum, dicitur sorbendi actio. Item sorbitiuncula dicitur liquidus cibus qui de facili deglutitur, sicut solet fieri de farina. Et dicitur sorbitio a sorbeo, bes, quod est devorare, aliquid molle deglutire, ut
 5 ova mollia. Et nota quod secundum Priscianum (VIII, 56) sorbeo, bes vel sorbo, sorbis, sorbui vel sorpsi, et a sorbui sorbitum, a sorpsi vero sorptum debet fieri supinum. Et postea subdit (VIII, 57), «quorum neutrum adhuc in usu inveni, id est nec sorbitum nec sorptum». Aliqui dicunt sorbiti-
 10 ecula pro sorbitiuncula et tunc est diminutivum a sorbitis, tiei, quod est idem quod sorbitio.

SORS quandoque dicitur coniectura, ut «ista vetula scit multum de sorte», quandoque possessio, ut «Ierusalem fuit in sorte Benjamin», quandoque temporis successio, ut ibi «ut cum dies abscesserit noctemque sors reduxerit» etc.,
 5 quandoque capitale, ut «quicquid accipitur ultra sortem usura est», quandoque dicitur casus, ut in Ovidio Methamorphoseon (I, 452-3),

Primus amor Phebi Daphne Peneia, quam non
 Sors ignara dedit etc.

10 Item sors dicitur fortuna vel eventus rerum. Unde Lucanus in primo (II, 45-6),

O misere sortis, quod non in Punica nati
 Tempora Cannarum fuimus.

Item sors quandoque importat electionem, secundum quod
 15 dicitur «apostoli fecerunt sortem». Unde versus,

SORBITIO 1 sorbitio sorbitis etc a quo B 1-2 dicitur scilicet sorbendi B
 2 item sorbitio vel sorbitiuncula BC 3 farina et lacte vel pingui
 aqua et B 5 secundum Priscianum *om.* AD 6 a sorbui] sorbivi A,
 sorbui D 7 sorbitum et a sorpsi B; vero *om.* D 9 nec *primum*
om. AD; nec *alterum*] vel A; aliqui tamen dicunt B 9-10 sorbe-
 tiecula B, sorbitiuncula et sorbitiuncula pro D
 SORS 2 multa AC 4 accesserit B, abcesserit D; etc. *om.* A 8 phe-
 neia 12 quod] qui A, quo C; in *om.* C 13 causarum B 14 sors
om. B

Conicit atque tenet sors, dat seriem, capitalem,
Casum, fortunam, de multis eligit unum.

Ita distinguit magister Matheus Vindocinensis. Item alii ver-
sus,

20 Sors fatum, sors augurium, sors est capitale,
Sorsque ministerium, successio temporis est sors.

Huguitio dicit quod sors dicitur «eventus vel pars vel for-
tuna vel responsum vel oraculum . . . quia in quibusdam
locis dabantur per sortes responsa».

SORTIOR, tiris dicitur per sortes divinare, subministrare,
dividere, adipisci. Et dicitur a sors, sortis sortito, id est per
sortes.

SOSPES, sospitis communis generis est et significat multa
que habentur per hunc versum,

Incolumis sospes, sanus, salvusque superstes.

Et componitur a se et spes, spei quasi secum habens spem.

SPADO eunuchus castratus et dicitur a spadix, quod est pal-
ma. Hec «spadix, dicis et hec spadica dicitur palma». Ita
dicit Huguitio. Vel dicitur spado a spata, id est gladio cum
quo castrabantur. Vel dicitur spado a patin, quod est pas-
5 sio, preposita s quia multum patitur cum castratur. In alia
significatione ponit Ysidorus in xvii (5,6) Ethimologiarum
ubi agit de vite dicens, «Spadones sunt surculi fruge carentes
ex ipsa appellatione quod sint inhabiles fructu et sterilitate
affecti».

SPATULA, spatule dicitur armus et proprie pecoris quia lata
et spatiosa sit. Et est diminutivum a spata. Est autem spata,

18 item *om.* A

SORTIOR 2 adipisci D 2-3 per sortes divido B

SPADO 2 huius dicis A; spadica huius ce A 4 qua BC; castrabatur B
5 s] sed A

SPATULA 1 pectoris D; lata *om.* C 2 est autem spata *om.* A

sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xviii (6,3-4), «Gladius ex utraque parte acutus et similiter appellatur framea et rumphea... Et dicitur a patin grece, quod est pati». Et preponitur ibi s. «Alii spatam latine autumant dictam eo quod spatiosa sit, id est lata et ampla». Item secundum Huguitionem (s. v. Spargo) spatule dicuntur «rami vel folia vel fructus palmarum antequam aperiantur ad similitudinem spate». Item Papias ait «spatule grece, delicie latine». Pro foliis vel ramis accipiuntur spatule in Levitico (23,40).

SPECULA, le dicitur altus locus aptus ad circumspiciendum sicut habent custodes murorum et vinearum. Et dicitur a specio, cis, quod est considerare sed non est in usu, sed componitur aspicio, conspicio, prospicio, etc. Et dicit Huguitionem (s. v. Specio) quod hoc specular et hoc speculari similiter dicitur locus altus unde quis speculari potest. Unde et fenestra et vehicula de quibus speculantur specularia dicuntur. Item a specula dicitur «speculor, aris, id est videre, inspicere, investigare, explorare, de alto inspicere».

SPECULUM dicitur a specio, cis, quod est considerare, quia ibi femine speciem suam considerant. Vel dicitur a splendo, des quia reddit splendorem. Hoc habetur ex verbis Ysidori Ethimologiarum xix (31,18) ubi agit de ornamentis.

SPELUNCA dicitur locus concavus, rupes concava vel fossa

3-4 gladius est ex A 6 annunciant C

In marg. fol. 177^v add. D: spectabilis sublimis honoratus pulcher spectacula ludi erant ad quos videndos omnium ora patebant spectaculum ubi omnium visui publica prebetur inspectio specimen id est exemplar indicium signum documentum figura et corripit penultimam tam in nominativo quam in genitivo

SPECULA 4 aspicio, conspicio, prospicio etc.] specio specis prospicio prospicis preposita pro quod idem est quod procul et spicio quia inde procul aspicitur vel dicitur a speculo quia sicut in speculo clare videntur ei representata ita de loco illo clare videntur circumspicere B 5-6 similiter om. A 7 speculamur B 9 alio B

SPECULUM 4-5 ornamentis vel melius ut puto dicitur a specu quia videtur in speculo sicut in specu scilicet in profundo B

subterranea. Et dicitur a spelea grece, quod est spelunca latine. Et nota quod speleum vel spelea, spelunca, specus et antrum idem significant, sed speleum et antrum greca sunt, 5 specus vero et spelunca latina. Ita dicit Hugutio (*s. v. Specio*).

SPERA est, manente diametro, continua circa ipsum semicirculi circumdatio. Et dicitur spera quasi circulus rotundus. Et dicit Ysidorus in tertio Ethimologiarum (32), «Spera celi est species quedam in rotundum formata cuius centrum terra est, ex omnibus partibus equaliter conclusa. (34) Spera ista 5 ab oriente et occidente semel in die et nocte vertitur . . . (35) et tanta celeritate dicitur currere ut, nisi adversus precipitem eius cursum astra currerent que eam remorarentur, mundi ruinam faceret». Item Papias sic ait, spera est «mundi rotunditas, volubilitas et quicquid tale est a volubilitate». Spera a Grecis dicitur sicut pile quibus ludunt infantes. Unde hec sperula dicitur parva spera, parvus circulus vel parva rotunditas. Unde Magister in Historiis (1172) describens candelabrum ait, «Precepit dominus fieri candelabrum ex auro purissimo ductile. Tamen Iosephus fusile 15 dicit, cuius hastile basi infixum erat, ferreum, supervestitum calamis aureis quinque geniculatis ad modum canne. Ubi autem calamorum capita inter se iungebantur capita habebant tumentia et invicem ad modum ciphi, quem cupam 20 dicimus, iungebantur, tamquam duo ciphi erant, in modum nucis et ex fundo cuiusque ciphi procedebant flores recurvi quasi lilia et in ipso fundo inter ciphum et lilia erat sperula volubilis sicut in capitibus columpnarum fiunt sperule volubiles».

SPELUNCA 2 a *om.* D 3 vel] et A; *Add. in marg.* D: scrobs bis id est fovea

SPERA 1 ipsum] proprium D 1-2 semirculi D 3 eth iii B 9 sicut ait papias B 10 volubilis C; ad volubilitatem A, a volubilitate dictum C 11 pile de quibus B; infantes] iuvenes B 12 sperula diminutivum dicitur B 16 ferreum] secretum C 21-22 recurvi quasi lilia *om.* D

SPES, spei invenitur in plurali ii Machabeorum vii g (34), «noli frustra extolli vanis spebus». Unde quidam versificator dixit ibi,

Hic debet spebus proferri non speciebus.

5 Nec te moveat quod dicitur in Doctrinali (405-7),

Raro plurale dat quinta tibi nisi quinque:

Res pariterque dies, acies, facies, speciesque.

Progenies et maneries dic materiesque.

Debuit enim addere spes. Unde Virgilius in v Eneidos
10 (671-2),

Heu miseri cives? non hostem inimicaque castra
Argivum, vestras spes uritis etc.

Item Oratius in libro Epistularum (I, 5, 16-20),

15 Quid non ebrietas designat? operata recludit,
Spes iubet esse ratas, ad prelia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, edocet artes.
Fecundi calices quem non fecere disertum,
Contractum quem non in paupertate solutum?

SPICAM «de maturis frugibus abusive dicimus, nam proprie spica est cum per culmi folliculum, id est extremum tumorem, ariste adhuc tenues in modum spiculi eminent». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (3,15) ubi agit de
5 frumentis. Et dicitur spica a specio, cis, quod est considerare, quia de stipula prosilit et apparet. Et nota quod sagitte et breves lancee dicuntur spicula a spicularum similitudine. Item a spica dicitur spicatus, ta, tum, id est spicas habens vel spicis ornatus vel ex spicis compositus. Unde
10 unguentum spicatum dicitur in Evangelio (*Mr.* 14,3) quia de spicis aromatum factum fuit. Item spina dicitur a spica propter acuitatem. Item spina, sicut dicit Ysidorus Ethim-

SPES 8 progeries D 9 debuit addere A, debuit autem addere B, debuit enim dicere C 11 unicaque D 12 vestras] irans B 18 quem] quid C

SPICAM 5 specio] spicio B 6 stipula provenit prosilit B 7 spicularum] spicarum C 9 ex] cum D; expositus D 9-10 unde et unguentum B 11-12 item . . . acuitatem *post* acutos (*v.* 14) B

mologiarum xi (1,95), «iunctura dorsi sic dicta quod habet radiolos acutos».

SPIRO, ras dicitur «vivere, spiritum ducere vel suspirare vel flare vel olere et redolere. Unde hoc spiramen vel hoc spiramentum, . . . id est aditus foramen vel aliud per quod spiratur. Unde et spiracula dicuntur omnia loca pestiferi spiritus que Greci vocant parana vel artherothea. Et spiracula dicuntur loca quibus terra spiritum edit». Ita dicit Huguitio.

SPIRITUALIS dicitur ad spiritum pertinens et per sincopam hic et hec spiritalis et hoc spiritale. Et licet videantur idem significare tamen differunt quia spirituale ad spiritum pertinet generaliter sive bonum sive malum sed spiritalia dicuntur bona, que pertinent ad salutem, ad vitam eternam.

SPIRITUS dicitur flatus vel angelus vel anima. Et dicitur a spiro, ras. Priscianus (xi, 33) tamen videtur velle quod a spiritu dirivetur spiro, ras. Spiritus autem multipliciter dicitur. Spiritus enim quandoque dicitur anima, unde Matthei xxvii f (50), «Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum». Quandoque dicitur ratio. Unde ad Galatas v (17), «Caro concupiscit adversus spiritum». Quandoque dicitur spiritualis intelligentia. Unde ii ad Corinthios iii b (6), «littera occidit, spiritus autem vivificat». Quandoque respirandi actio. Unde Ypocras «si spiritus sequens sit significat dolorem» etc. et Ecclesiastes iii f (19), «similiter spirant omnia». Interlinearis «unus spiritus est omnibus». Quandoque dicitur ventus. Unde Genesis viii a (1), «adduxit spiritum super terram» etc. Quandoque dicitur ira vel indi-

13 est iunctura C; sic *om.* A; quod] quia D; habeat BC SPIRO 2 et] vel A; suspiramen D 3 additus D 4 spicula D 5 archetheca A, archerothea D 6 dicimus C; loca *om.* B

SPIRITUALIS 2 et *tertium om.* AD 4 sed] sive A; sed spiritalia *om.* D 5 salutem et ad A; ad *alterum om.* C

SPIRITUS 4 enim] autem B, *om.* C; quando A 6-7 unde . . . spiritum *in marg.* B 7 conspicit C; spiritum etc C 9 b] e B; 9-10 quandoque dicitur respirandi C 13 unde] ut C 14 etc et quandoque B; ira vel *om.* B

- 15 gnatio. Unde Genesis vi a (3), «Non permanebit spiritus meus in homine» etc. Quandoque enim dicitur superbia. Unde Ecclesiastes x b (4), «Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris». Quandoque dicitur spiritus sanctus. Unde Matthei iii a (1), «ductus est
20 Iesus in desertum a spiritu». Et nota quod Michee ii f (11), super illum textum scilicet, «Utinam non essem vir habens spiritum» dicit glosa, «Ubicumque in novo et veteri testamento spiritus sine additamento ponitur in bonam partem accipitur». Quandoque spiritus dicitur homo. Unde in
25 Psalmo (77,39) dicitur de homine, «Spiritus vadens et non rediens». Quandoque idem est quod vita. Unde Iob xvii (1), «Spiritus meus attenuabitur» etc.

SPONDEO, des, spopondi, spondere, sponsum, su idem est quod fideiubere et tunc est neutrum. Unde Isaie xxviii (38,14) ubi nove biblie habent «Domine, vim patior, responde pro me» et Hebrei et Haimo (*PL* 116,905) habent «sponde
5 pro me». Item spondere idem est quod promittere sive velle et tunc est activum. Unde hec sponsio, id est fideiussio vel promissio. Item a spondeo hic sponsus. «Nam ante usum tabellarum matrimonii cautiones sibi invicem mittebant, in quibus invicem spondebant se invicem consentire in iura
10 matrimonii et fideiussores dabant. Unde admissum est ut sponsum dicamus virum a spondendo et sponsam similiter. Ceterum spondere proprie velle est. Ergo sponsus non quia promittitur, sed quia spondet et sponsos dat». Ita dicit Ysidorus *Ethimologiarum* ix (7,3-4) ubi agit de coniugiis.

17 habentis etc C 18 ascenderit . . . dimiseris *om.* C; ne] non B 19 sanctus] scilicet B 20-21 f dicitur super B 22 et] ac B 23-24 partem vel accipitur B 26 est *om.* C 27 *Post* etc *add.* AC *in textu, in marg.* D: (versus C) spiritus est anima vel sensus spiritualis / actio spirantis simul indignatio bilis (vilis C) / estque tumor mentis homo vitaeque spiritus almus / angelus et flatus spiransque (currentesque C) per aera ventus

SPONDEO 1 spopondi D 4 et *primum om.* BC; habet A 10 matrimonium B 13 sponsos] sponsalia B

SPONSUS «'sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat hoc' Exodi iiii g (25-6) ubi dicit Augustinus: locus iste brevitate obscurus est. Ubi ergo ait 'tetigitque pedes eius' (*Ex.* 4,25) intelligendum sanguis tetigit pedes eius vel
 5 angeli. Unde irata ait viro 'Esne mihi vir sanguinum?' id est an ex coniugio tuo tantum scelus teneor facere ut fundam sanguinem filii mei? Et recessit ipsa ab eo vel angelis. Hebreus ita habet 'et tetigit pedes eius', id est Sephora Moysi. Indignans enim preputium iecit ad pedes Moysi
 10 et ait, 'Gener sanguinum tu mihi es', id est tu gener patris mei ideo factus es, ut esses michi, id est carni mee, in filio ad sanguinem, id est ad mortem. Vel sanguis meus effusus est ad placandum angelum qui tibi mortem minabatur. 'Et dimisit angelus Moysen', quod in Hebreo patet. Tamen
 15 Hebreus habet 'relaxavit eum angelus, quem prius scilicet usque ad mortem artabat'». Vide Historias (1147).

SPONTE, id est ultro vel voluntarie, adverbium est qualitatis et dicitur a spondeo, des, quod idem significat quod volo, vis. Et ponitur quandoque loco nominis. Unde Priscianus (xi,7) agens de participio sic ait, «Invenimus loco adverbii no-
 5 men, ut una, multum, falso, qua; et pronomen similiter: eo, illo; et loco coniunctionis tam nomen quam pronomen: quare, ideo; et adverbium loco nominis, ut mane novum, sponte sua et euge tuum et velle tuum et cras alterum».

SPORTA est quoddam genus vasis viminei, quod alio nomine corbis dicitur, et dicitur a sporto frutice unde in quibusdam locis textitur. Vel dicitur sporta ab asportando quia in ea

SPONSUS 3 ergo *om.* B; tetigit B; pedes] pes D 4 intelligendum... pedes *om.* B; intelligendum est sanguis C 10 tu es gener B 11 ideoque factus B

SPONTE 2 des secundum quod idem quod significat quod volo B; significat] est C 4-5 nomen] unum B 5 qua] quia AC 7 mane novum] in alieno in B

SPORTA 1 viminei vel iuncei BC 2 dicitur *primum om.* D; scorto A 3 sporta ab asportando] asportando sporta A, sporta a sportando D; quia] quod C; ea] eo D

necessaria deportantur. Unde sportula et sportella, ambo
 5 diminutiva. Quod autem dicitur i Regum ix (7) «et sportulam
 non habemus» exponendum est, id est argentum in sportula.

SPUMA a spuo, spuis dicitur quia spuitur, id est extra proicitur, «sordes enim sunt undarum. Unde et mustum et ea que coquuntur spuma purgantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (20,6) ubi agit de abisso.

SPURCITIA dicitur immunditia vel feditas. Et dicitur a spurcus, ca, cum, quod est turpis, fetidus et immundus. Et dicitur spurcus quasi sputum creans, id est provocans, vel quasi spuere cogens vel quasi sine puritate.

SPURIUS est «qui de matre nobili et patre ignobili nascitur. Cui contrarius est nothus. Item spurius dicitur patre incerto, matre vidua genitus, velut tantum spurii filius, quia muliebrem naturam veteres spurium vocabant, . . . hoc est
 5 a seminis, non patris nomine. Eosdem et Favonios appellabant quia quedam animalia Favonio spiritu hausto concipere estimantur. Unde et hii qui non sunt de legitimo matrimonio matrem potius quam patrem sequuntur. Latine autem spurii quasi extra puritatem, id est immundi dicuntur». Ita
 10 dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (5,24-5) ubi agit de affinitatis gradibus. Item dicitur spurius, a, um, id est ignobilis et degenerans. Unde Sapientie iii b (3) «spuria vitulamina non dabunt radices altas», id est degenerantia et non naturalia. Et hec est littera Rabani (*Com. in libro Sap.*, PL 109,
 15 684) et antiquorum, licet Augustinus in ii libro De doctrina christiana (PL 34,44) dicat quod melius diceretur adulterine

SPUMA 2 sunt] est BCD; undarum] mustorum B 3 coguntur AD
Inter spuma et spurcitia add. C: spungia vel spongia sicut dicitur in
 glosa marcus xv est cava infirma arida ignibus apta et dicitur a
 spuma eo quod de spuma fit

SPURCITIA 2 et *primum om.* BC 4 sine *om.* C

SPURIUS 2 dicitur *om.* C 4 hoc autem est a BC 6 favonie B 9 immundi] mundi B; dicunt C 14 hec] hoc D

plantationes. Sed nos possumus exponere melius, id est intelligibilius propter simplices. Vide infra ubi exponitur vitulamen.

SQUAMA est serpentum et piscium et lorice. Unde Ysidorus Ethimologiarum xviii (13,2) ubi agit de loricis sic ait, «Squamata est lorica ferrea ex laminis ferreis aut ereis concatenata in modum squame piscis, et ex ipso splendore squamarum et similitudine nuncupata». Et dicitur squama a squalleo, les, quod est sordere vel «esse vel fieri squalidum vel asperum vel splendere». Squama enim aspera est et splendida. Ita dicit Huguitio (s. v. Scabo).

STACTE dicitur «gutta mirre arboris, et ipsa mirra sic vocatur». Ita dicit glosa Genesis xxxvii f (25). Et declinatur hec stacte, huius tes. Invenitur etiam stacten indeclinabile. Unde Ysidorus Ethimologiarum iii (iv, 12,5) ubi agit de odoribus et unguentis sic ait, «Stacten est incensum quod ex pressura manat». Huguitio expedit se breviter dicens stacten est «genus pretiose resine». In Historiis (1126) super Genesis xxxvii (25) dicitur quod stacten idem est quod mirra et est grecum nomen.

STADIUM «octava pars miliarii est, constans ex passibus centum xxv. Hoc primum Herculem statuisse dicunt illudque eo spatio determinasse quod ipse sub uno spiritu confecisset, ac proinde stadium appellasse quod in fine respirasset simulque stetisset». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (16,3) ubi agit de itineribus. Et dicitur stadium a sto, stas quia Hercules stetit, ut dictum est. Versus,

In marg. fol. 179^v add. D: squalleo squalens id est sordere hic et hec et hoc squalens id est sordens squalidus da dum id est sordidus vel asper

SQUAMA 1 serpentium AD; unde] ubi A 2-3 squama C 6 vel *primum*] et C; squalidum] squandum D 7 asperum] asper D

STACTE 2 super genesis A 3 etiam] et B, *om.* D 6 pressum A

STADIUM 3 eo *om.* AD 7 hercule D

Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centum
Viginti quinque stadium, si milia re das

10 Octo facis stadia, duplicatum dat tibi leucam.

Mille constat ex octies centum xxv, et ita mille passus faciunt viii stadia, id est unum miliarium, quod constat ex mille passibus, quod spatium duplicatum dat tibi leucam.

Ysidorus tamen Ethimologiarum (xv, 16,3) dicit quod «Leu-
15 va finitur passibus mille quingentis». Secundum ipsum dicitur leuva non leuca.

STAGNUM dicitur lacus «ubi immensa aqua convenit. Et dicitur stagnum ab eo quod ibi aqua stet nec discurrat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (19,9).

STAMEN, staminis dicitur filum, tele scilicet orditura, quia stantes solebant texere et tela erecta solebat disponi, sursum pendens a trabe. Trama autem dicitur filum ex transverso discurrans et dicitur trama eo quod recta via transmittitur

5 per stamen.

STANNUM genus est metalli et secundum Huguitionem (s. v. Stasis) dicitur a «stanatos grece, quod est separans et secernens». Ysidorus vero Ethimologiarum xvi (23,1) dicit sic, «Stanni ethimologia apochorizon, id est separans et se-
5 cernens. Mixta enim et adulterata inter se per ignem metalla dissociat et ab auro et argento es plumbumque discernit. Alia quoque metalla ab igne defendit, et cum sit natura eris ferrique durissima, si absque stanno fuerit, uritur et cre-

9 si] sic A; re das] reddas CD, reddes B 10 Post leucam add. B: si milia des re id est si coniungas hanc sillabam re cum hoc quod est milia et facias unum vocabulum dicendo miliare et hoc miliare huius miliaris octo facis etc. nota quod 11-16 mille . . . leuca in marg. D 11 constant C 13 leucam unam B 14 tamen om. D 14-15 leuva] leuca B 15 et secundum BC; ipsum] hoc C 16 leuva] leuva D

STAGNUM 2 nec] ne B

STAMEN 1 ordinatura vel orditura B 2 deponi C 4 recta] transversa B; mittitur B

STANNUM 6 et ab argento B 7 eris] eius B

matur. Stannum illitum ereis vasis saporem facit gratiorem
 10 et compescit virus eruginis. Specula etiam ex eo tempe-
 rantur. Cerussa quoque ex eo, sicut ex plumbo, conficitur». Hucusque sunt verba Ysidori. Cerussa exponitur infra ubi exponitur stibium. Item a stanno dicitur stanneus, nea, neum, id est de stanno existens, et stanno, nas, id est stanno
 15 ornare etc. Versus,

Stans aqua dat stagnum, speciesque metallica stannum,
 G retinet primum, vult n geminare secundum.

STATER, stateris «quoddam pondus est, scilicet medietas uncie, appendens aureos tres. Unde et dicitur stater quia tribus solidis stet. Unde videtur componi a sto et ter». Ita dicit Hugutio (s. v. Stasis) et sumit ab Ysidoro. Et corripit
 5 stater penultimam in obliquis. Unde versus,

Sepe minus statere lanx continet ampla statere.

«Hec et semiuncia dicitur quia semis habet de uncia. Hec et semissis quia ponderis semissis est quasi semis assis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,16) ubi agit de ponderibus.

STATERA est pondus habens dragmas iiii, que sunt scrupuli duodecim et pensat solidos tres. Item «statera dicitur trutina, scilicet pertica ex transverso in libra posita, sic dicta quia ex duabus lancibus et uno in medio stilo pendeat et stet». 5 Unde a sto, stas dicitur. «Et statera sepe dicitur totum illud instrumentum». Ita dicit Hugutio. Versus (*Grec.* XII, 129),

Libra statera, stater est id quod pendet in illa.

Trutina a trudendo dicitur lingua libre quia semper truditur

11 confiscitur D 12-13 cerussa . . . stibium *in marg.* D 13 stanno] stannum C 15 ornare] ordinare BC 16-17 Cf. *Grec.* XI, 170-1
 STATER 2 uncie et appendens AD 3 exponi B 7 hec *primum*] hic ACD; hec *alterum*] hic ACD 8 semissis] semis D
 STATERA 1 est *om.* C 4 una AD 5 dicitur statera et statera B 6-7 ita . . . illa *post eadem* (v. 12) *transposuit* B 6 versus *om.* A 7 est id] enim A 8 nota trutina B 8-12 trutina . . . *eadem in marg.* D 8 dicitur] est B

foras vel pertica transversalis quia truditur sursum et deor-
 10 sum et pro ipsa statera ponitur. Unde Oratius in libro Ser-
 monum (I, 3,72),

Si volet: hac lege in trutina ponetur eadem.

STATIO, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xiiii (8,39), «est
 locus ubi naves ad tempus stant». Item statio dicitur vita
 ista quia hic ad tempus stamus. Et statio dicitur ubi stat
 exercitus congregatus. Versus de Grecismo (x, 258-9),

5 Est statio vita, statio portus stadiumque,
 Quicquid significet sto caput eius erit.

STATUA, statue dicitur imago vel simulacrum. Et dicitur a
 sto, stas vel a statu quia statum alicuius representat. Unde
 statuarius, ria, rium dicitur ad statuam pertinens. Et hic
 statuarius dicitur qui facit statuas, fusor imaginum. Quod
 5 autem quidam exponunt Zacharie xi (13) quod stater dici-
 tur pondus, unde statuarius dicitur ponderator, approbet
 qui voluerit. Nam a statere vel a statera non formatur statua-
 rius sed staterarius. Item «hoc statuarium dicitur candela
 cum qua cingitur statua vel circumdatur ecclesia vel altare»,
 10 sicut dicit Huguitio (s. v. Stasis).

STATURA a sto, stas dicitur «status hominis, scilicet magni-
 tudo eius». Item dicit Huguitio (s. v. Stasis) quod «statura

9 quia] que C 10 in om. BC

STATIO 1 ait] dicit C 3 et similiter statio B

STATUA 2 statu] statuo C 3 statuam C 4 fusor imaginum] fusor
 scilicet ymaginum vel etiam statuarius et statua dicuntur a sta-
 tuendo ille quia statuit eam illa quia statuitur a statuario in loco
 suo 4-5 quod autem stater C 6 unde] et inde B; dicitur om.
 BC 7 a alterum om. BC; non] numquam B 8 sed] quia AD
 9 circumdabatur D 10 post Huguitio add. C: ieronimus in originali
 super zacarie xi dicit quod pro statuario dicitur in hebreo ioses id
 est platen quem nos fictorem et figulum possumus dicitur et est
 sensus proice pretium meum ad figulum qui creator et fictor est
 omnium (Com. in Zc, PL 25, 1578)

STATURA 2-3 quod statura dicitur om. A

dicitur post iactum lapidis in aquam, unde circuli fiunt in aqua, reditus ipsius aque».

STATUO, is, tui, tuere, statutum dicitur ordinare, censere, fabricare, edificare, construere, ponere.

STELLE, dicte eo quod fixe stant semper in celo nec cadunt. Nam quod videmus stellas celo quasi labi, non sunt stelle sed igniculi ab ethere lapsi qui fiunt dum ventus altiora petens ethereum ignem secum trahit, qui tractu suo imitatur
5 stellas cadentes. Nam stelle cadere non possunt. «Immobiles enim sunt et cum celo fixe feruntur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum iii f (62). Quomodo autem differunt astra et sidera et stelle et signa invenies supra ubi exponitur astrum. Item dicit Ysidorus (III, 61), «Stelle non habere
10 proprium lumen sed illuminari a sole dicuntur, sicut et luna».

STELLIO, onis reptile est simile lacerte. Unde Ysidorus Ethimologiarum xii (4,38) ubi agit de serpentibus sic ait, «Stellio de colore inditum nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. De quo dicit Ovidius
5 Methamorphoseon v f (460-1),

Fugit anum latebrasque petit aptumque colori
Nomen habet, variis stellatus corpore guttis.

Hic scorpionibus ita contrarius traditur ut viso eo pavorem hiis afferat et torporem». Ita dicit Ysidorus. Et a stellione
10 dicitur stellionatus, ta, tum, id est varius, fraudulentus, versipellis, malefactor, et hic stellionatus, tus, tui, id est malefactum, fraudulentia, versutia.

3 lapis A; aquam] aqua B

STATUO 1 tuere *om.* C; statutum *om.* B; statutum tu A

STELLE 3 ab ethere *om.* C 4 tractus C 6 cum] in C 7 differant AD
9 stellas B 10 lumen a se sed B

STELLIO 6 labetras C 7 corpora A 9 hiis *om.* D 10-11 versipellis
om. C

STEMA, atis dicitur «nobilitas vel ordo imaginum nobilium vel honor vel dignitas vel corona vel ornamentum». Ita dicit Huguitio. «Stemata etiam dicuntur ramusculi quos faciunt in genere cum gradus cognationum partiuntur, sicut
5 ille pater, ille avus, ille atavus, etc.».

STERNO, nis dicitur pacificare, preparare, insellare, obruere. Unde versus (*ex Huguitione*),

Sternitur equivoce mare, lectus, asellus et hostis.

STERNUTATIO est cum «inflatio a pectore exsurgit, que cum apertos ad emanandum poros non invenit, cerebrum tangit et congesta per nares exiens totum caput protinus concutit». Ita dicit Gregorius (*Moralia*, PL 76,709) in glosa super xli
5 Iob (9). Et dicitur a sternuto, tas. Et dicit Huguitio quod a sterno, nis dicitur «hic sternutus, ti» idem quod sternutatio et a sternutus «sternuto, tas, id est sternutum facere».

STERQUILINIUM dicitur «stercus vel locus stercore plenus et videtur componi a stercus et liqueo, liques». Ita dicit Huguitio (*s.v.* Sterno). Melius michi videtur sterquilinium componi a stercus et colo, colis, quod est habitare. Unde
5 sterquilinium dicitur quasi stercolinium, id est habitaculum stercoris, scilicet fimarium.

STERTERE est naribus dormiendo resonare. Et declinatur sterto, tis, stertui, tere et caret supino. Unde dicit Priscianus (x, 48), «A stertui supinum non inveni nec a sisto».

STEMA 3 quas C 4 cum] cuius C; cognationem C; percutiuntur C, permittitur D 5 etc *om.* D

STERNO 2 unde *om.* A

STERNUTATIO 1 que] qui C, quem B; cum] tamen A 2 aptos D

STERQUILINIUM 3-4 melius . . . componi] aliqui dicunt quod componitur B 6 scilicet] vel B, id est C; *Post* fimarium *add.* B: melius tamen videtur quod componatur a stercus coris et linio linis quasi linitus stercore

STERTERE 1 est] e D

STIBIUM dicitur «unguentum vel color, nomine cerussa, quo meretrices et solute mulieres solent uti». Ita dicit Huguitio. Dicitur autem cerussa album minium quod fit sic: aceto in olla posito, tenues laminae plumbi infra ipsam ollam suspenduntur et a sole bene cooperitur; tunc ex vi aceti quaedam lanugo alba innascitur, quae cerussa vocatur. Licet autem stulte mulieres cerussa abutantur valde medicinalis est. Unde Macer De viribus herbarum (296-8) loquens de ruta ait,

10 Cerusse miscens oleo nec non et aceto
 Illius succum mirandum conficis unguen
 Ad repellendum sacrum quem dicimus ignem.

Secundum Ysidorum Ethimologiarum xix (17,23) ubi agit de coloribus «Cerussa fit hoc modo: Vase enim aceto acerrimo impleto sarmenta aminea in eodem vasculo collocabis, ac super sarmenta tabulas plumbi tenuissimas pones, deinde vas diligentissime claudes, illinesque ne aliquid spiraminis inde exeat; post dies autem xxx vas aperitur et distillatione tabularum innata cerussa invenitur. Quae ablata et arefacta
 20 teritur atque iterum aceto ammixto in pastillis dividitur et in sole siccatur». Item a stibio dicitur stibinus, na, num ad stibium pertinens vel stibii coloris existens, quod habet colorem stibii.

STIGMA, matis dicitur «punctum, signum, character, cicatrix, coctura, inustio quae fit calido ferro». Ita dicit Huguitio (s. v. Stiga). Versus,

5 Dico genus stema, sed materiam voco tema,
 Stigmaque cocturam signat, dat scema figuram,
 Et simul ornatum dicas per scema notatum.

STIMULUS dicitur aculeus, compunctio, molestatio». Et inde

STIBIUM 2 et] vel C 3 albuminium C; sic om. B 4 ipsam om. C
 7 cerussa om. B 9 ait om. B 10 cerussam C 11 unguentum B
 12 depellendum C 16 pone D 17 illinesque D; suspiraminis D
 18 et ex distillatione B 20 immixto B, admixto C
 STIGMA 4 stema] forma A; tema] scema A

dicitur «hec Stimula, le quedam dea paganorum. Et dicitur stimulus quasi stigulus a stiga, quod est stimulus, aculeus, compunctio, incitatio. Unde «stigo, gas dicitur stimulare et
5 instigo, gas valde stimulare. Quod autem dicitur instigare quasi instinctu agere ethimologia est». Ita dicit Huguitio (*s. v. Stiga*).

STILLA dicitur gutta. Differunt tamen stilla et gutta. Unde Ysidorus Ethimologiarum xiii (20,5) ubi agit de abisso sic ait, «Gutta est que stat, stilla que cadit. Hinc stillicidium quasi stilla cadens. Stiria enim grecum dicitur gutta latine. Inde
5 fit diminutivum ut dicatur stilla, dum autem stat aut pendet de tectis vel de arboribus quasi glutinosa gutta est, dum ceciderit stilla est». Et inde stillo, stillas dicitur guttare vel stillatim imminere vel fundere.

STIPO, pas dicitur «condensare, convallare, circumdare, congregare, replere, protegere, componere, fulcire». Ita dicit Huguitio (*s. v. Stringo*).

STIPENDIUM dicitur lucrum, pretium, fructus laboris et proprie stipendium dicitur quod datur militibus solidariis pro pretio. Et componitur a stips, stipis, quod est pondus quoddam vel obolus et pendo, dis. Unde Ysidorus Ethimolo-
5 giarum xvi (18,8) ubi agit de auro sic ait, «Stipendium a stipe pendenda nominatum. Antiqui enim appendere pecuniam soliti erant magis quam annumerare». Significationes huius verbi pendo invenies supra ubi exponitur appendo.

STIPULA, le secundum Huguitionem (*s. v. Stringo*) dicitur a stipo, pas quia stipula facit culmum et stipat. Vel est di-

STIMULUS 2 hec *om.* D; huius le A; dea paganorum] *sic Hug.*, herba stimulatorum ACD, herba armularum B 3 stigulus C 5 instigo] stigo C

STILLA 3 que stat *om.* D 4 latine *om.* CD 5 aut *om.* B 8 immittere BC; infundere C

STIPO 1 convallare D; circumdare *om.* D

STIPENDIUM 3 stirps C

STIPULA 2 facit] fulcit B; culmum] cumulum C

minutivum a stipa. Est autem «stipa quedam arbor, ut dicunt», ita dicta a stipando «quia ex ea stipantur tecta». Ysidorus autem Ethimologiarum xvii (3,18) ubi agit de frumentis sic ait, «Stipule sunt folia seu vagine quibus culmus ambitur atque fulcitur ne pondere frugis curvetur . . . et dicitur stipula quasi usta vel quasi ustipula ab usto, collecta enim messe uritur propter culturam agri».

STIPULATIO «dicitur interrogatio petitiva, adiuncta responsione promissiva, ut 'dabis mihi, hoc dabo'». Et dicitur a «stipulor, aris, quod est interrogare vel querere. Et proprie quidem stipulari est interrogare et querere petitive cum responsione facta promissive, ut si interrogans dicat 'Dabis mihi equum?' et interrogatus responderit 'Dabo'. Hoc est stipulari». Et dicitur a «stipulus, la, lum, quod est firmum». Ita dicit Hugutio (*s.v.* Stringo). Sed secundum Ysidorum v (24,30) ubi agit de instrumentis legalibus, «Stipulatio dicitur a stipula. Veteres enim, quando aliquid sibi promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes spon-
siones suas agnoscebant».

STIRPS, pis a sto, stas dicitur, scilicet radix, truncus. Item stirps dicitur progenies, prosapia, origo. Et est feminini generis. Unde stirpitus, id est radicitus, adverbium. Et stirpo, pas dicitur stirpes auferre. Et componitur exstirpo, pas, id
est evellere, eradicare.

STOLA dicitur «matronale operimentum quod cooperto capite a dextro latere in levum mittitur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xix (25,3). Et dicitur a stolon vel stolos, quod

4 ita] scopa AD, stipa C; stipanda A; stipentur ACD 7 atque] ac C 9 uritur stipulatio propter B

STIPULATIO 2 et om. D 3 vel om. B 4 et] vel C 5 promissione C 7 firmus ma num C 10 sibi om. AD 11 tenentes eam rumpebant vel frangebant B 12 agnoscentes firmabant B

STIRPS 2 dicitur radix progenies C

STOLA 1 operimentum B; quod] que C 2 a om. D; dextero B 3 ethimologiarum om. C

est missio, quia superemittitur. Et est «signum maritalis
5 dignitatis . . . Caput enim mulieris vir est, unde et super
caput mulieris est». Ita dicit Ysidorus (25,4). Et ponitur
quandoque pro ephot vel logion. Vide supra ubi exponitur
ephot.

STORAX «species est resine». Ita dicit Interlinearis Genesis
xliii (11). Ysidorus autem Ethimologiarum xvii (8,5) ubi
agit de arboribus aromaticis sic ait, «Storax est arbor Arabie,
similis malo Cidonii, cuius virgule inter Canicule ortum
5 cavernatim lacrimam fluunt. Distillatio eius in terram cadens
munda non est, sed cum proprii corticis scrobe servatur.
Illa autem que virgis et calamis inheserit munda est et albida;
dehinc fulva fit foliis clausa. Et ipsa est storax pinguis, resi-
nosa, odoris iucundi, humecta et veluti mellitum liquorem
10 emittens. Storax autem dicta quod sit gutta arboris, pro-
fluens et congelata. Nam Greci stiriam guttam vocant, grece
autem stirax, latine storace dicitur». Quasi diceret Ysidorus
«storax dicitur a stiria, quod est gutta, quia gutta est arboris
stiracis».

STRAGULUM «vestis est discolor quod manu artificis diver-
sa varietate distinguitur. Dictum autem sic quod in stratu
et in amictu aptum sit. De qua Salomon (*Pro.* 31,22),
'Stragulatam vestem sibi fecit'. Ita dicit Ysidorus in xix
5 Ethimologiarum (26,1). Et in Papia scribuntur eadem verba.
Item Hugutio (*s. v.* Sterno) dicit quod a sterno, nis dicitur
«hoc stragulum vel hec stragula, vestis discolor que torta
dicitur . . . Et dicitur sic quia in stratu et amictu apta sit . . .
Et inde dicitur stragulatus, ta, tum», id est stragulo vel stra-

6 mulieris vir est D 7 legion C

STORAX 1 est *om.* C 3 sic] sicut B; ait *om.* AB 3-4 arabie et similis
AD 4 sidonio C 5 cadeus B 6 proprie B 6-7 servatur in illa D
9 iocundi D 11 Greci] grece B

STRAGULUM 2 stractu D 3 Salomon] proverbiorum C; *ad* Salomon
in marg. A: sapientie ultimo 4 stragulam BD; sibi fecit] fecit
sibi rex salomon B; in *om.* B 7 vestis scilicet discolor B

10 gula ornatus, «et stragulo, las, id est variare». Unde stragula vestis, id est variata vel varietate texture distincta. In Historiis (1394) autem super iiii Regum viii (15) dicitur sic, «Stragulum proprie est stratorium quod lecto vel sedili supersternitur. Et dicitur quod Azael pannum perfusum aqua
15 imposuit super Benadab ad refrigerandum. Hebreus habet 'expandit super faciem stragulum' ut non Azael sed Benadab hoc fecisse intelligatur. Et 'tum mortuus est rex et regnavit Azael pro eo'. Quidam tamen hoc exponunt de obsequio mortui, dicentes quod Azael mortuum lavit aqua et expandit
20 stragulum super faciem mortui. Iosephus plane dicit quod Azael altera die infuso laqueo strangulavit illum. Ad hunc sensum quidam litteram illam, scilicet 'tulit stragulum' etc. referunt, dicentes quod Azael vestem madefactam posuit super faciem eius simulans refrigerationem, sed statim effudit
25 aquam super os eius donec suffocaret eum».

STRAMEN a sternendo dicitur quia ante animalia sternitur et in lecto, quod et hoc stramentum dicitur. Item stramentum quandoque dicitur insellatura, illud scilicet quo equus sternitur, id est insellatur, et similiter illud quo lectus sternitur, id est preparatur. Dicitur stramentum sive sint vestes
5 sive aliud.

«STRATORES languncularum», id est compositores Ieremie xlviii b (12).

STRATORIUM dicitur lectisternium, quod in lecto solet sterni. Item stratorium dicitur insellatura. Unde Iosephus primo Annalium (A. 7. 1, 322), Rachel posuit idola in stratorio cameli, id est sub sella. In ponitur ibi pro sub.

10-11 stragulata] stragula D 12 Historiis] hester C 13 est om. C
14 profusum AC 15 benabab C 16 faciem eius B; benedab AD
17 tum] inde C 20 dixit D 21 strangulavit BC 22 illam om. D;
strangulum C

STRAMEN 3 equus vel asina C 4 id est in quo insellatur B

STRATORIUM 2 insellatum D; Iosephus] hoc habuit ex Huguitone s. v.

Sterno 3 ydolam D, rola C 4 in] inde B

STRATUM, ti et hic stratus, tus, tui in eadem significatione accipiuntur, scilicet pro lecto.

STRIDEO, des «di facit in preterito, quod etiam strido, dis tertie coniugationis invenitur». Verba sunt Prisciani (IX, 4-5). Est autem stridere idem quod fortiter sonare, dentes concutere, frendere et utrumque caret supino.

STRUES, is dicitur compositio, congeries, collectio, acervus lignorum. Et dicitur a struo, is, struxi, struere, structum, quod est «componere, edificare, ordinare, preparare». Ita dicit Hugutio (s. v. Struo). Versus de Grecismo (X, 73-4),

- 5 Congeries tibi sit lapidum glomeratio, fili;
 Lignorum proprie dicitur esse strues.

Tamen huius proprietates non semper servantur.

STRUCTIO «greco nomine quoddam animal in similitudine avis pinnae habere videtur. Tamen de terra altius non elevatur. Ova fovere negligit, sed proiecta tantummodo fotu pulveris animantur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum
5 xii (7,20) ubi agit de avibus. Et declinatur hec structio, structionis, sicut videtur per textum Iob xxxix b (13). Sed secundum Priscianum (v, 9) masculini generis est, qui ait, «In o, i antecedente, quando non sunt verbalia sive participalia, masculina sunt, ut hic stellio, gurgulio». Nichil excipit.
10 Dicamus ergo quod hoc relativum refertur ad avem Iob xxxix b (17).

STUDERE dicitur operam dare, vacare discipline, invigilare, et proprie studere est cum magna voluntate vehementer applicare ad aliquid perficiendum. Unde hoc studium dicitur

STRATUM 2 scilicet *om.* A

STRIDEO 1 etiam] et AD 3 stridere *om.* C 4 et] sed C

STRUCTIO 2 habere videtur] habet B; de] a B 3 ova sua B 8 in o
supplementa nomina i antecedente B; sive] vel BC 9 nichil que
excipit B 10 que refertur ACD 10-11 Iob xxxix b *om.* B

STUDERE 3 perficiendum] perficere aliquid A

vehemens applicatio animi cum magna voluntate ad aliquid
5 perficiendum.

STUPPA «canabi est vel lini. Hec secundum antiquam orthographiam stipa dicta est quia ex ea rime navium stipentur. Unde et stipatores dicuntur qui in vallibus eam componunt». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xix (27,2) ubi
5 agit de lanis. Dicitur stuppa a stipō, pas quod expositum est supra.

STUPRUM dicitur illicitus coitus cum virgine. Inde stupro, pras, quod componitur constupro, pras. Vide supra ubi exponitur adulter.

SUBCINERICIUS dicitur panis sub «cinere coctus et reversatus. Ipse est et focacius», supple a foco. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (2,15). Et declinatur subcinericius, cia, cium et similiter focacius, a, um.

SUBIGO, igitur, sicut ait Hugutio (s. v. Ago), «quatuor habet significationes, scilicet cogere, impellere, acuere, supponere vel subiugare quasi subitus agere». Et inde subactus, ta, tum.

SUBIUGALIS dicitur sub iugo positus vel ad ponendum sub iugo aptus quasi domitus. Et declinatur hic et hec subiugalis et hoc le. Et componitur a sub et hic et hec iugalis et hoc iugale, quod est iugo afflicto, sub iugo positus quasi domi-
5 tus. Ita dicit Hugutio (s. v. Iungo).

SUBIUGARE dicitur subicere, debellare, sub iugo ponere et componitur a sub et iugo, gas, quod est iungere, copulare, sub iugo ponere.

- 4 cum magna voluntate *om.* B
STUPPA 1 hec] sed AD; hec est C 2 stipenter C 3 eam *om.* A 5 dicitur autem stuppa C
STUPRUM 1 coitus scilicet cum B; virgine et inde D 2 quod . . . pras *om.* C
SUBCINERICIUS 2 supple *om.* C
SUBIUGALIS 1 poisitus D 2 actus C 4 iugo *primum*] vulgo C

SUBNAVIGARE dicitur consequenter navigare, latenter navigare.

SUBNERVARE dicitur nervos poplitum succidere. Tunc equi subnervantur quando nervi poplitum precipiduntur.

SUBREGULUS dicitur quasi parvus regulus. Regulus autem diminutivum est a rege vel secundum etatem vel secundum regnum. Vide supra ubi exponitur regulus.

SUBSANNARE est rugato et contracto seu distorto naso irridere. Sanna enim est fruncatio naris et os distortum cum vultu. Unde Persius (5,91),

Disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna etc.

5 Et inde dicitur sanno, nas, id est deridere, sed non est in usu sed componitur subsanno, nas.

SUBTEGMEN, minis dicitur filum quod in navicula textoris ex transverso per telam discurrit. Et dicitur a subtegendo vel a subtexendo quia sub stamine in tela textitur et tegitur.

SUBUCULA exponitur supra ubi exponitur linea stricta.

SUBULA a suo, suis dicitur instrumentum ferreum acutum cum quo suuntur calciamenta. Unde versus (*Grec.* x, 199),

Dic instrumentum subulam sutoris acutum.

SUBURBANA «sunt circumiecta civitatis edificia quasi sub urbe». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,16) ubi agit de edificiis publicis.

SUBNAVIGARE 1 dicitur sub aliquo navigare et sub civitate vel rupe vel nemore vel consequenter B

SUBREGULUS 2 vel *primum*] et C; etatem vel corporis staturam scilicet vel quantitatem vel B

SUBSANNARE 4 ira] ista B 5 et inde] unde B

SUBTEGMEN 1 quod *om.* A 3 stami B; et] vel BC

SUBUCULA supra *om.* AD

SUBULA 1 subula dicitur a suo et est instrumentum B

SUBURBANA 1 circumnecta AD

SUCCEDO, dis, successi, dere dicitur subtus vel post cedere. Unde successores dicuntur qui locum precedentium occupant. Item succedere dicitur prospere evenire. Unde hic successus dicitur prosper eventus. Et componitur a sub et
 5 cedo, dis, cessi, quod multa significat. Cedere enim dicitur locum dare, ut «cedo tibi». Item cedere, id est incedere, ut «cedo ad ecclesiam». Item cedere, id est recedere, ut «cedo domum». Item cedere, id est contingere vel evenire, ut «bene cedit tibi». Et secundum hoc ponitur impersonaliter.
 10 Unde cedo, cedis, cecidi aliud verbum est et significat verberare vel incidere. Versus,

Cedo facit cessi, cecidi cado, cedo cecidi;
 Cedo facit cessum, cado casum, cedoque cesum.

SUDARIUM exponit Grecismus (XII, 267-71) sic,

Corpora quis tegimus pannos sudaria dicas,
 Et sunt re vera sic a verbo suo dicta,
 Talibus insuimus pannis quia corpus humandum.
 5 Ast ad quadrupedem sudaria pertinet, eius
 Sudo caput, quoniam sudore sit uda caballi.

Sudarium etiam a sudando dicitur, facitergium quo sudorem extergimus a facie. Versus,

10 Texta quibus tergo faciem sudaria dico,
 A sudo dicta quia sint sudoribus uda,

id est madida.

SUDES, sudis dicitur palus. Et dicitur a suo, suis quia sepes quasi consuta sudibus videtur eo quod sudes per eam ex transverso figantur. Secundum Huguitionem (*s. v. Sub*) dicitur sudes a sudus, da, dum, quod est mundus et purus eo
 5 quod sudes «mundatur et purificatur» antequam in terra

SUCCEDO 3 proprie prospere A 4 et *primum om.* A 7-8 item... domum *om.* B 8 ut] unde BC 9 et dicitur bene B 10 unde] item BC; cedis] cedi C 12 *Totum versum om.* D

SUDARIUM 2 quis] qui A, *ad* quis *adnotat in marg.* CD: id est quibus 3 suo is B 7 citergium D

SUDES 2 asuta sordibus D 3 fugantur D 5 mundantur et purificantur cum enoddatur scilicet et accuuntur antequam B

figatur. Et nota quod sudus, da, dum dicitur «serenus, mundus, purus. Proprie autem tempus serenum dicitur sudum quia venit post pluuiam», et componitur a sub et udus, da, dum, quod est humidus, unde dicitur sudus quasi subudus.
 10 Sudes feminini generis est. Unde Ovidius Methamorphoseon (xii, 299),

Qua iuncta est humeris cervix, sude figis obtusa.

Et dico cum Huguitione quod dicitur hec sudes in nominativo singulari. Unde qui voluerit acceptet illum versiculum,
 15 Hunc sudis excerebrat etc.

SUFECTUS, ta, tum dicitur loco alterius substitutus. Unde ii Machabeorum iii f (31), «suffecto uno ex comitibus suis Andronico». Et dicitur a sufficio, cis, quod est subrogare vel substituere. Item sufficere idem est quod subministrare, ut
 5 «iste sufficit michi necessaria», id est subministrat. Invenitur etiam sufficio, cis, id est satis est. Et secundum hoc quandoque invenitur impersonale. Unde ii Regum xxiii f (16) ait dominus «angelo percutienti populum: Sufficit: nunc contine manum tuam».

SUFFOCO, cas, id est sub fauce capere, strangulare. Et producit ubique hanc sillabam fo, sicut dicit Huguitio (s. v. Fox). Componitur enim a sub et faux, cis. Et similiter dicit quod prefoco, cas, quod est «strangulare, perstringere, quasi fauces
 5 ab anteriori capere et stringere . . . producit hanc sillabam fo». Idem dicit Papias in maiori tractatu. Et Ovidius in Ibidi (558),

6 figantur B 6-7 mundus et purus B 7 tempus] spiritus A—8 quia] quod B; udus] vadus A 9 post humidus add. D: unde dicitur subudus quod est humidus 10 sudes autem feminini B 12 fidis AD 15 hunc] hec B; Add. in marg. D: sudes sunt palli acuti ex utraque parte

SUFECTUS 3 cis vel a sub et facio cis quod fere in idem redit et est sufficio idem quod subrogare B 4 substituere] sustinere C 4-5 ut si dicatur iste B 6 etiam] autem C 7 unde] et unde AD; ii] i C, om. B; xxiii] xiii D

SUFFOCO 2 ubique om. A 3 faus B 4 transgulare D 6 in Ibidi] inhibui AC, in ibin B, in ibui D

Prefocent animam noxia mella viro.

Et hoc movit magistrum Bene (*Paris. Lat. Nouv. Acq.* 353, fol. 49) ut diceret quod suffoco tantum habet mediam pro-
 10 ductam quia componitur ex sub et faux, cis et non ex sub et focus. Et dicit quod trutannicum est illud,

Suffocat extinguit, suffocat guttura stringit.

Cui consentio, presertim cum nullus nobilis auctor illam sillabam corripuerit et producta inveniatur, ut in predicto
 15 exemplo. Item Macer De viribus herbarum (1675-6) ubi agit de senecion ita ait,

Potari prohibent quia suffocare bibentem
 Quidam confirmant.

Preterea sancti semper exponunt in ea significatione qua ab
 20 omnibus conceditur produci. Unde super illud Marci iiii (19) «concupiscentie introeuntes suffocant verbum», dicit Interlinearis «id est strangulant guttur mentis». Item Gregorius in xvi Omelia (xv, *PL* 76, 1133), «Suffocant enim quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangu-
 25 lent». Contradictores igitur suis adinventionibus innitentes vel pro se auctores fide dignos producant, quod impossibile est, vel tot auctoribus, quibus contra ire non possunt, penitus acquiescant.

SUGO, gis, xi, gere quod facit puer quando lactet. Et caret supino vel facit suctum. Et est neutrum cum suis compositis et producit hanc sillabam su, et debet scribi per unum g. Dicit enim Priscianus (II, 8) quod «g apud Latinos nullius
 5 sillabe est terminalis nisi cum loco b vel d ponitur in ad vel sub vel ob prepositione, ut aggero, agger, suggero, oggannio.

7 prefocant D 8 hec B; novit C; ad Bene in marg. adnotat C: bene proprium nomen est 9 ut] quod B; tantum om. C 10 faux] faus B 11 focus ci et B 12 Cf. Walther², no. 30626a; scindit vel stringit B 14 corripuerunt C; ut] sicut C 19 semper om. C; exponunt] confirmant C 23 xvi] vi C 24 quia] quod AD 26 producant A

SUGO 1 lactat D 2 sugtum D 4 dicit . . . g om. D 5 terminabilis BC; ponitur ut in B 6 oganino D

SUGGERO, geris, gessi, gerere, suggestum componitur a sub et gero, geris. Et est suggerere idem quod «submittere, substernere, subministrare, indicare, dicere, suadere quasi latenter consulere, et proprie causa decipiendi vel nocendi illi
5 cui fit suggestio». Accipitur tamen quandoque in bono. Item suggestio quandoque dicitur «persuasio vel consultatio. Et hic suggestus, tus, tui» idem. Suggestus etiam dicitur «tribunal, sedes principis» quia multa ibi in aure principi suggeruntur. Ita dicit Huguicio (*s.v.* Gero). Nota verum differentialem (*Grec.* XIX, 9),
10

Intimat ad mentem, sed suggero spectat ad aurem.

SUGGILLO, las dicitur a suggero, ris. Et est suggillare idem quod suggerere, strangulare, condemnare, suffocare, gulam stringere. Et tunc componitur suggillare quasi sub gulam capere. Significationes iste sumuntur de Papiā.

SUILLUS, la, lum, id est porcinus, a sue dicitur. Nam hic et hec sus dicitur porcus a suo, is quia eius setis suitur. Vel dicitur a subigo, igis. Unde Ysidorus *Ethimologiarum* xii (1,25) circa principium sic ait, «Sus dicitur eo quod pascua
5 subigat, id est terra subacta escas querat». Quod autem sus sit communis generis patet. Dicit enim Ovidius *Methamorphoseon* x (549),

Setigerosque sues oculos animosque ferarum.

Item Oratius in ii *Epistula* (1, 2,26),

10 Vixisset canis immundus et amica luto sus.

Item dicit Papias quod suilli sunt «porci marini, sic dicti, quia dum escam querunt more suis terram sub aquis fodiunt». Item suillus dicitur parvus sus, diminutivum a sue.

SUGGERO 1 geris gessi gerere *om.* C; suggestum tu A 5 quandoque *om.* C 6 quandoque *om.* BD 8 principis D 9-10 versus differentiales B

SUGGILLO 1 a] idem quod B 1-2 idem quod suggerere *om.* B, idem est quod C

SUILLUS 5 sus *om.* C 8 serigerosque AB

SULPHUR fomentum ignis est, quod tamen sic ignem nutrit ut gravissimum fetorem exhalet. Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi a (1,9), «Sulphur vocatum est quod igne accenditur, pur enim ignis est. Nam vis eius et in aquis
 5 ferventibus sentitur neque alia res facilius accenditur». Et distinguit ibi Ysidorus iiii genera sulphuris. Et componitur sulphur a solum, quod est terra, et pur, quod est ignis, quasi solum ad pur, id est ad ignem aptum. Vel componitur a solum et pir, quod est ignis, quasi terra ignis quia cito ignitur
 10 et accenditur.

SUMMA dicitur «compendium, totum quadam brevitate comprehendens, vel capitule . . . Unde summo, summas, id est summam facere vel summatim comprehendere vel colligere. Unde summatim, id est breviter». Ita dicit Hugutio
 5 (s. v. Super), sed Papias dicit summatim strictim, leviter, raptim, propere, festinanter. Et dicitur summa a summus, ma, mum.

SUPPELLEX dicitur substantia vel facultas et omne instrumentum vel ornamentum domus. Et declinatur hec suppellex, huius suppellectilis. Unde Oratius in principio quinte Epistule (I, 5,7),

5 Iamdudum splendet focus et tibi munda suppellex.

Et est etheroclitum in genere, pluraliter enim dicimus hec suppellectilia. Unde in Doctrinali (380-1) scribitur,

Dicimus altilia si plura, sit altilis una,
 Consimilique modo sit declinanda suppellex.

10 Et dicit Priscianus (VI, 94) quod antiqui dicebant hec suppellectilis. Et forte illud movit Papiam ad dicendum suppellectiles facultates. Item secundum Papiam dicitur hoc

SULPHUR 4 pur] ur O 5 nec C 7-8 pur *ambo*] ur O 9 quasi terra ignis *om.* D 10 et] id est A

SUMMA 5 summatim id est strictim A 6 summa *om.* B

SUPPELLEX 1 vel] et D 8 sit] sed C 10-11 suppellectis C

suppellectile. Unde dicit suppellectile dicitur omne instrumentum et ornamentum domus, cuius ablativum singularem,
 15 scilicet suppellectili, in plerisque bibliis invenies. Nam nominativus suppellex vel suppellectilis secundum antiquos tantum in e facit ablativum, scilicet suppellectile. Debet autem lector attendere quod suppellectili in ablativo, cum sit neutrum, non potest coniungi nisi cum neutrīs adiectivis.
 20 Suppellectile vero semper coniungitur femininis. Dicitur autem suppellex a suppleo, ples quia supplet defectum domus.

SUPERADULTUS, ta, tum dicitur superexcretus. Unde i ad Corinthios vii f (36) appellatur virgo «superadulta» que excrevit ultra etatem pubertatis. Vide supra ubi exponitur adoleo, les et patebit derivatio.

SUPERBUS dicitur a super. Unde Ysidorus Ethimologiarum x (248), «Superbus dictus quia super vult videri quam est, qui enim vult supergredi quod est superbus est». Inde dicitur superbia et superbio, superbis. Quod autem dicitur
 5 superbire quasi super se ire ethimologia est, non compositio. Unde erravit Grecismus in versibus supra positīs ubi exponitur ambire. Non enim componitur a super et eo. Dicit enim Priscianus (x, 57) ubi agit de verbis quarte coniugationis «ambio ab eo compositum solum mutavit penultimam
 10 e in i». Cum igitur non dicatur superbeo sed superbio non est compositum ab eo, is.

14-15 ablativum scilicet singularem scilicet A 16 suppellex secundum modernos vel BC 17 scilicet] suum B 20 semper *om.* A; *Post* femininis *add.* B: sed nichilominus diligenter advertendum quia regula est quod quando nominativus terminatur in is et in e vel in e tantum ablativus terminatur in i tantum 21 defectum domus] effectum domus vel defectum B

SUPERADULTUS i superexcrecens C

SUPERBUS i dicitur *om.* C; super et abio abis unde B 2 quam est *om.* B 3 quod est *om.* B; inde] unde A 6 unde et erravit B 7 eo is B 9 penultimam *om.* C 11 *In marg. add.* D: nota quod superbus idem significat quod omnia ista nomina sequentia polusus a um ampulosus pinnosus iperfanus pomposus barridus insolens fastuosus fastidiosus superciliosus verticosus cervicatus nervosus

SUPERHUMERALE exponitur supra ubi exponitur ephot cum aliis indumentis sacerdotalibus.

SUPERLIMINARE dicitur superius limen quod ex transverso ponitur super ostium. Et componitur a super et liminare, quod est idem quod limen.

SUPERSTITIO est vitiosa religio, «superflua aut superinstituta observatio». Unde et superstitiosus dicitur «falsus religiosus aut idolorum cultor». Ita dicit Papias et concordat cum Ysidoro Ethimologiarum viii (3,6) ubi agit de heresi.
 5 Et addit Ysidorus ibidem (6-7), «Alii dicunt superstitionem a superstitibus, id est a senibus quia multis annis superstites per etatem delirant et errant superstitione quadam, nescientes que vetera colant aut que veterum ignari adsciscant. Lucretius autem superstitionem dicit superstantium rerum,
 10 id est celestium et divinorum que super nos stant; sed male dicit». Ita dicit Ysidorus. Huguitio (*s. v.* Stasis) vero dicit quod supersto, superstas, superstiti, titum dicitur «superesse, superfluere. Unde hic et hec superstes et hec superstitio, id est dampnum vel vana et superflua religio et observatio
 15 vel cultura idolorum».

SUPPLANTARE dicitur sub planta ponere, decipere, et proprie per plantam, quod fit cum latenter plantam ex transverso iacimus inter plantas alterius. Unde Genesis xxvii f (36), «Iuste vocatum est nomen eius Iacob, supplantavit enim me
 5 en alia vice».

SUPERHUMERALE 1 exponitur *utrobique*] expositum est B 2 indumentis universis sacerdotalibus B

SUPERLIMINARE 1 dicitur] est C; lumen B 3 quod *primum* . . . limen *om.* C

SUPERSTITIO 3 ita] item B 5 superstitionem] ibidem D 6 a *alterum om.* B 8 aut *om.* C; addiscant BCD 9 superstantium in libro viii c rerum C 10 super nos] superius A, super C 12 superstiti superstare superstitum superstiti B

SUPPLANTARE 1 recipere A 2-3 extraverso C 4 est] eius C 5 alia] a C

SUPPLEX dicitur qui supplicat vel dampnatus est, nam qui dampnatus est supplex est. Vide infra proximo.

SUPPLICIUM, id est supplicatio, a supplicando dicitur. «Mos enim erat antiquitus ut de rebus supplicum, id est dampnatorum, donaria in templa deorum ampliarentur, et ideo supplicia ponuntur pro supplicationibus. Unde supplicium proprie dicitur cum quis ita dampnatur ut bona eius consecrentur et in publicum ad opus templorum vel fisci redigantur». Ita dicit Hugutio (*s. v. Plico*) et totum accepit de Ysidoro Ethimologiarum v (27).

SUPPUTARE dicitur latenter vel post vel parum putare vel numerare.

SURA, sure dicitur posterior pars tibie scilicet musculus tibi-
 arum. Et dicitur a suo, suis quia suit et unit tibiam femori.
 Et sepe ponitur pro tibia ut Iudicum xv (8), «Percussit eos
 plaga gravi, ita ut stupentes suram femori imponerent». Litte-
 5 ra autem lxx interpretum est 'percutit alienigenas Sampson
 tibiam super femur', quod ad priorem sensum reducitur,
 id est tam mirabiliter ut stupentes tibiam unius pedis super
 femur alterius ponerent. Tamen quia tibiis incedimus et
 super femur sedemus quidam exponunt sic, 'percutit ti-
 10 biam super femur', id est pedites preter sedentes in equo». Ita dicit Magister in Historiis (1288).

SURRIPIO, pis dicitur latenter rapere, subtrahere, furari. Item pro falso suggerere ponitur Danielis v b (6,6) ubi dicitur «Tunc principes et satrape surriperunt regi» etc.

SUPPLEX 1 vel qui dampnatus BC 1-2 nam qui dampnatus est *om.* B
 2 est *primum om.* C

SUPPLICIUM 1 mox D 2 antiquis B 3 ampliarentur C 6 rediguntur
 BD 7 accipit C; de] ab C

SUPPUTARE vel *alterum om.* C 2 minare A

SURA 2 iungit B 4 plaga A 5 interpretum *om.* CD; sanson BD
 8 alterius pedis C; tamen] tum A 10 femur suum id est B

SURRIPIO 1 laterter C

SUSURRO, ras dicitur murmurare in aure alicuius, aliquid latenter dicere. Et est verbum ficticiū, de sono locutionis dictum. Qui enim susurra non in facie alicuius, sed in aure loquitur de altero detrahendo. Unde hic susurro, susurronis
 5 dicitur murmurator bilinguis, et hoc susurrium et hic susurrus, id est murmuratio, et susurrus, ra, rum, id est murmurans. Susurrare neutrum est.

T

TABERNA secundum Huguitionem (*s. v.* Teneo) dicitur domuncula in qua «panis et vinum et carnes cocte venduntur». Et dicitur a tabulis que ibi meretricibus substernuntur. Ysidorus autem Ethimologiarum xv (2,43) ubi agit de edificiis
 5 publicis in fine dicit, «Taberne vocabantur edicule plebeorum parve et simplices in vicis, axibus et tabulis clause. Unde et tabernarii qui ibi solebant consedere. Dicte autem taberne quod ex tabulis erant constructe, que nunc etsi non speciem, nomen tamen pristinum retinent».

TABERNACULA tentoria sunt militum, quibus in itinere solis ardores tempestatesque imbrium frigorisque iniurias vitant. Dicta autem tabernacula quod cortine, distente funibus, tabulis interstantibus, appenderentur, que tentoria sustine-
 5 rent. Vel secundum Huguitionem (*s. v.* Teneo) tabernaculum dicitur a taberna, que «domus est non naturalis sed ad tempus durans quousque res venduntur». Sic et tabernaculum non est firma domus sed huc illucque mutatur et cum transigente migrat.

SUSURRO 2 fictivum A 4 hic *om.* B; huius susurronis A 6 id est] ri AB; murmuratio] murmurator A 7 sursurrare D

TABERNA 2 panes C 3 que] quia D 4 Ethimologiarum *om.* C 6 parve] porte B; vicis] viis B; vicis et axibus D; axibus] asseribus B 7 qui] quod A; solent C; considerare BC 8 non *om.* C

TABERNACULA 2 frigorumque B 3 quod] que C; distincte C

TABERNACULUM erat «domus dicata, quadrata et oblonga, tribus clausa parietibus: aquilonari, meridionali, occidentali; liber patebat introitus ab oriente ut, sole oriente, radiis eius illustraretur» (1173). «Tabernaculum hoc in duas partes
 5 erat divisum. Posterior pars ad occidentem decem cubitis protendebatur, et ita quadratum erat, in longum scilicet et in latum, et in altum x cubitorum. Et hec pars aditum dicebatur vel sanctum sancti vel sanctuarium sanctuarii vel sancta sanctorum. Anterior pars ad orientem xx cubitis protendebatur
 10 que communis erat sacerdotibus et hec dicebatur sanctum vel sancta vel sanctuarium. Respectu huius posterior dicebatur sanctum sancti quasi sanctum consecutivum sancti, ut dicitur seculum seculi, vel sanctum sancti, id est sanctius sancto, ut dicitur dominus dominorum, rex regum» (1175).
 15 «Erat autem in interiori sanctuario archa cum hiis que in ea reposita diximus et cum hiis que erant eis superposita. In anteriori vero candelabrum ad austrum, mensa ad aquilonem, in medio autem velum, id est non longe ab adito altare aureum . . . Tectum tabernaculi non concameratum sed planum
 20 ad modum Palestine fuit, quatuor operimentis aptatum» etc. (1176). Ita dicitur in Historiis (1173-6) super Exodum. Et multa alia ponuntur ibi de tabernaculo. Vide glossam ad Hebreos ix (2). Item vide supra ubi exponitur altare et ubi exponitur archa.

TABEO, bes, bui, bere dicitur putrescere, liquefieri, deficere, languere. Unde hec tabes, tabis, id est putredo, valitudo. Invenitur etiam tabi, tabo, diptote forme in eodem sensu. Tabeo neutrum est et caret supino. Unde tabesco, scis in-
 5 choativum.

TABERNACULUM 1-2 oblonga tribus] oblongatibus C 2 meridiano BCD 2-3 meridiano et occidentali C 6 scilicet *om.* AC 7 aditum] aditus B; aditum dicebatur *om.* D 10 hoc D 13 ut] vel C; seculi *om.* A 15 erat] et C; interiorio D; cum in hiis C 16 eis] ei BC 18 id est] quasi B 19 concameratum] contaminatum AD, cameratum B 23 ix c A, ix capitulo BD
 TABEO 1 putrere ABD 2 huius tabis A; id est] dicitur C 3 dipto D

TABITA hebraice, dorcas grece, damula vel caprea latine. Super Marcum (5,41) dicitur quod tabita interpretatur puella. Unde «tabita cumi» interpretatur «puella surge» et habet tabita mediam productam.

TABULA a teneo, tenes dicitur mensa quia tenet cibaria, sed proprie mensa pauperum est, tabula divitum quasi tenabula eo quod teneat bolos carnum et fercula et vasa diversa. Item tabula dicitur alea in qua luditur. Item tabula dicitur latum
 5 lignum, latus asser. Et in istis significationibus dicitur a teneo. Vel dicitur tabula a tego quasi tegula. Item tabule dicuntur fragmenta navium. Item a tabula dicitur tabulatus, ta, tum, id est tabulis ornatum et hic tabulatus, tus, tui et hoc tabulatum in eadem significatione, scilicet paries ex tabulis
 10 vel edificium coaptatis tabulis factum.

THALAMUS «grece, cubiculum vel coniugalis lectus latine vel camera sponsi et sponse; vel dicitur a Thalamone duce, qui cum Romulo et aliis Sabinam quandam nobilem rapuit et responsum est oraculo eam deberi ei, et quia felices fue-
 5 runt ille nuptie institutum est ut in omnibus nuptiis Thalami nomen iteretur; vel dicitur thalamus a theleme grece quod latine dicitur voluptas». Ita dicit Hugutio.

TALARIS dicitur ad talos pertinens vel pertingens.

TALENTUM quoddam pondus est «quod summum esse perhibetur in Grecis, nam nichil est calco minus, nichil talento maius . . . Est autem talentum triplex: minus, medium et summum. Minus est l librarum, medium lxx duarum, sum-

TABITA 1 damula] annula C; capreea B 2 interpretatur] dicitur C
 3 tabita cumi] tabitacium A *sed in marg. corr.*, tabita cum C

TABULA 5-6 teneo tenes B 8 ornamentum D; hic *om.* A 9 significatione ex hoc tabulatum scilicet C 10 coaptatis] ex capitatis C

THALAMUS 2 camera scilicet sponsi B; telamone B, thelamone C 4 ei oraculo eam ei deberi C; ei] ibi B 4-5 fuerunt] sunt A 5 omnibus domibus et nuptiis B 6 thelem A; greco BD

TALENTUM 1 est *om.* B 2 calo C 3 autem] enim A 4 duarum] librarum C 4-5 summum vero B

5 mum centum xx constat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvi (25,22) ubi agit de ponderibus.

TALLOS «dicuntur vasa offertoria esse, iuxta modum turrium facta, cum quibus in precipuis festivitibus offerebant. Quorum similitudo hactenus in quibusdam locis habetur». Ita scribitur in glosa ii Machabeorum xiii a (4).

TALPA animal quoddam est ad similitudinem muris, de qua Ysidorus Ethimologiarum xii (3,5) ubi agit de minutis animalibus, «Talpa dicta quod sit dampnata cecitate perpetua et tenebris. Est enim absque oculis, semper terram fodit et humum egerit et radices subter frugibus comedit».

TAMETSI, id est quamvis, adversativa coniunctio est et componitur a tam et si.

TAPETA dicta quod pedibus primum sternerentur quasi strapedia. Et declinatur hoc tapetum, ti. Et nota quod dicitur hoc tapete, tis et hic tapes, petis in eodem sensu. Unde Ovidius Methamorphoseon xiii d (638),

5 Regia tecta petunt positisque tapetibus altis.

Invenitur etiam hec tapeta, te. Unde Virgilius Eneidos viii c (IX, 358),

Armaque craterasque simul pulchrasque tapetas.

THARSIS «secundum Iosephum civitas est Cilicie, secundum quod in Paralipomenon (*I Par.* 1,7) legitur locus est Indie. Hebrei vero putant mare generaliter tharsis vocari». Ita scribitur in glosa Ione i a (3). Et est indeclinabile et acuit ulti-

TALLOS 1 talles B; offertoria] olfactoria A

TALPA 1 muris vel rati B

TAMETSI tametsi una dictio id C; est *alterum om.* C

TAPETA 2 huius ti A 3 hoc tapete] hec tapete C; huius tis A; et hic tapes petis *om.* C; huius petis A 6 huius te A 8 tapetas etc. B

THARSIS 1 est] es C

5 mam sillabam. Item Tharsis fuit quidam de genere Iapheth. Unde et civitas eius dicta fuit Tharsis.

TARTARUS dicitur infernorum locus profundissimus, unde deus neminem extrahit. Et dicitur a tartarizin grece, quod est horrere vel tremere. « Illic enim 'fletus et stridor dentium' » (*Mt.* 8,12). Ita dicit Ysidorus *Ethimologiarum* xiii
5 g (9,8). Et est etheroclitum in genere. In singulari enim dicitur hic tartarus et pluraliter hec tartara, rorum. In *Doctrinali* (382) ponitur iste versus differentialis,

Tartarus ater habet plurale ra, vinaque dant rum,
quia hoc tartarum dicitur fex vini.

THAU hebraica littera est, et est ultima in hebraico alphabeto et interpretatur signum vel subter vel consummatio vel consummavit.

TAXO, as dicitur nominare, dicere, confirmare, licitari, imponere pretium rei que venditur. Unde hec taxatio ii *Esdre* viii b (*III Es.* 8,22), « omnia sine taxatione », id est sine quantitatis determinatione.

TECA, tece grece repositio, latine scilicet repositorium ubi reponitur aliquid. Vel dicitur teca a tego, gis eo quod aliquid receptum tegat. Et tunc ponitur c littera pro g. Plures tamen greco nomine tecam vocari asserunt quia ibi reponatur ali-
5 quid, unde et biblioteca vocari librorum repositio dicitur. Ita dicit Papias. Sed ii *Esdre* ix b (*III Es.* 9,14) ubi scribitur, « Ionathas autem filius Ezeli et Ozias tecam susceperunt secundum hec » teca videtur significare compromissionem vel factam positionem seu statutum quia omnia que ordinave-

TARTARUS 1 dicitur *om.* C 2 tartarizen A, tharisim B, tarsin D 3 enim est fletus B 6 pluraliter] in plurali B; rorum unde in B 7 ponitur] scribitur B

THAU 1-2 alphabeto talis figure p et B 2-3 commensuratio vel commensuravit C

TAXO 3 omnia *om.* C 3-4 qualitatis C

TECA 1 repositio est latine A; scilicet *om.* C 4 quia] quod AB 5 vocari *om.* A 8 hoc ABD 9-10 inordinaverant D

- 10 rant posuerunt in arbitrio istorum. Aliqui tamen dicunt quod
ibi est falsa littera, quod videtur per aliam translationem in
qua dicitur «et post decretum hoc Ionathas filius Azeli et
Ozias filius Thocanis susceperunt hoc et Mosollamus et
Levis et Sabatheus consenserunt eis», et ista michi verior lit-
15 tera videtur et credo quod vitio scriptorum ponitur tecam
ubi deberet poni filius Thocanis.

THEATRUM est spectaculum ubicumque fiat, semicirculi
formam habens, in quo stantes omnes inspiciunt, cuius for-
ma primum rotunda erat, sicut amphitheatri sed postea ex
medio amphitheatri theatrum factum est, sic a spectaculo
5 nominatum. Et dicitur a theoro, as, quod idem est quod vi-
dere vel considerare. Quod autem dicitur theatrum quasi
theos atrium, non convenit theatro secundum omnem sui
acceptionem. Dicit enim Ysidorus Ethimologiarum xviii
(42,2), «Idem et theatrum et prostibulum eo quod post
10 ludos exactos meretrices ibi prosternerentur».

THEBETH, id est Ianuarius. Vide supra ubi exponitur Adar
cum aliis mensibus.

TELA pro longitudine staminum dicta a telon, quod est
longum.

THELONEUM «dicitur ubi merces navium et nautarum emo-
lumenta redduntur. Ibi enim vectigalis exactor sedet, pre-
tium rebus impositurus, et voce a mercatoribus rogitans».

12 aseli ACD 13 hoc] hec BC; mosillamus C 15 teca D 16
filius *om.* D

In marg. fol. 186^v add. D: teda de est lignum luminaribus aptum et
dicitur a tedo per contrarium quia tedium non conferat et quia tede
et faces ardentes solebant ferri ante nubentes ideo ponitur sepe teda
pro nuptiis vel coniugio teda invenitur iob xli (10) ibi de ore eius
lampades procedunt sicut tede ignis accense

THEATRUM 3 erat] fuit B 7 theo C; theatro *om.* C; omnem *om.* A
8 viii B 9 idem] item AC; et *om.* ACD 10 ludo D; ibi *om.* CD

THEBETH 1 thebet AD

TELA 1 stannum D; dicta est C

THELONEUM 3 et . . . rogitans *om.* C

Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,45) ubi agit de edi-
 5 ficiis publicis. Secundum Hugutionem «telon grece, latine
 dicitur tributum. Unde hoc theloneum dicitur tributum et
 proprie quod de mercibus marinis circa litus accipitur. Unde
 et theloneum dicitur locus ubi colligitur vel exigitur . . . Un-
 de hic thelonearius dicitur ille qui exigit ibi tributum et the-
 10 lonearius, a, um» ad theloneum pertinens dicitur. Versus
 de accentu ipsius,

Quando canopea lego, mausolea, trophea
 Vel thelonea fore nomina testor Achea,

id est greca. Vel sic,

15 Dico canopeum mausoleumque tropheum
 Ac theloneum morem sectatus Acheum,

id est grecum. Quando scribitur canopeum tunc derivatur a
 cono, ut supra dictum est, et producit primam sillabam.
 Unde Iuvenalis ii (6,80),

20 Ut testudineo tibi, lectule, conopeo etc.

TELUM a telon, quod est longum, vocatur «quicquid longe
 iaci potest, quamquam abusive gladius dicatur telum . . .
 Proprie autem telum a longitudine dictum». Ita dicit Ysi-
 dorus Ethimologiarum xviii (7,10). Item dicunt quod lapis
 5 qui longe iacitur telum dicitur.

TELLUS dicitur terra fructifera, a tollendo dicta quia fructus
 eius tollimus vel quia fructus eius nos tollant, id est nu-
 triant, vel quia nos tollit, id est portat et sustinet. Vide
 supra ubi exponitur arida. Et nota quod tellus in singulari
 5 tantum numero invenitur.

8 vel] et BC 10 um id est ad C; dicitur *om.* C 12 mensolea D
 15 tropheum] capheum D 16 secatus D 17 canopeum ABD,
 conopeum per o C 19 ii b A, sexto B 20 canopeo ABD; etc.
om. B

TELUM 1 telum dicitur a C 3 longitudine est dictum C
 TELLUS 2 eius *om.* B 2-3 id est nutrant *om.* B 3 tollis C

TEMPESTAS dicitur quasi tempus pestis et componitur a tempus et pestis. Item tempestas quandoque ponitur pro tempore et tunc dicitur tempestas quasi temporis status. Et hoc est quod dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (11,20)
 5 ubi agit de ventis, «Tempestas», inquit, «aut pro tempore dicitur, sicut ubique historiographi solent dum dicunt 'ea tempestate' aut a statu celi quia magnitudine sui diebus multis oritur. Verno autem tempore et autumpnali quam maxime fiunt tempestates quando nec plena est estas nec
 10 plena hiemps. Unde medium et confine utriusque temporis ex coniunctione aerum contrariorum efficiunt tempestatem». Vide supra ubi exponitur procella.

TEMPORANEUM dicitur prematurum. Unde Isaie xxviii (4), «quasi temporaneum ante maturitatem autumpni», Interlinearis, «Malum prematurum vel aliquid huiusmodi». Item temporaneus, nea, neum dicitur ad tempus pertinens vel in tempore veniens. Vide supra ubi exponitur serotinus.

TEMPUS secundum Huguitionem (*s. v.* Tepeo) dicitur a tepeo, pes, quod est esse vel fieri calidum, id est non calere vel non frigere. Et dicitur tempus a tependo «quia tepeat et temperetur vicissim: humore, siccitate, calore et frigore».
 5 Vide supra ubi exponitur autumpnus et invenies de iiii temporibus anni. «Et dicitur tempus multipliciter. Dicitur enim spatium sive mora in qua vivimus, ut annus, mensis. Item dicitur tempus aer vel qualitas aeris. Unde dicitur 'pulchrum tempus est', 'nubilosum tempus est'». Item tem-

In marg. fol. 187 add. D: temno nis psi ptum id est vilipendere depreciari et componitur contemno nis et notandum quod temno non habet p in presenti sed est ibi m ante n in preterito autem habet p cum m ante s ut tempsi tempestare molestare destruere dissipare

TEMPESTAS 5 aut *om.* D 6 sicut] sic AB; dicunt] dicuntur B 7 ab D TEMPORANEUM 2-3 Interlinearis] inter vel B 4-5 vel in tempore veniens *om.* D

TEMPUS 3 non *om.* B; tependo] temperando C; et alterum] vel C 4 tepetur B

- 10 pus dicitur «coemptio rerum», secundum quod dicitur «carum tempus est», id est facilis rerum coemptio. Item tempus dicitur «opportunitas faciendi aliquid», ut «omni negotio tempus est», id est opportunitas, vel «tempus est comedendi», id est opportunum est ut comedatur. Item tempus di-
- 15 citur accidens verbi, scilicet modus significandi. Item tempus est quedam pars capitis, de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,32), «Tempora sunt que calvarie dextra levaeque subiacent. Que ideo sic nuncupantur quia moventur ipsaque mobilitate quasi tempora quibusdam intervallis
- 20 mutantur», quasi diceret tempus dicitur a tempus, temporis. Et dicit Hugutio, «Nota quod quidam idiote pro illa parte capitis consueverunt dicere timpus per i», quod sine dubio nichil est. Hoc etiam potest probari per textum Psalterii (131,5) ubi dicitur, «et requiem temporibus meis donec
- 25 inveniē locum domino». Et exponit glosa pro illa parte capitis dicens, «A requie temporum sompnus venit ad oculos quia dum dormiunt tempora gravari incipiunt, et cum senserint sibi gravari tempora iam imminet sompnus». Item Grecismus ponit tales versus (xi, 142-5),
- 30 Pertinet ad quando tempus dimensio rerum,
Signatur per idem pars preterea faciei,
Hac pro parte tamen presumunt dicere quidam
Timpus, quod tamquam dictum puerile refuto.

TEMPLUM componitur a tectum et amplus, pla, plum. Unde templum dicitur quasi tectum amplum. De quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (4,7), «Templum nomen est

10 coemptio rerum] conventio rerum vel coemptio B 10-11 carum et bonus tempus B 11 est *primum om.* C; id est caro et difficilis rerum emptio et bonum tempus est id est facilis C 12 aliquid] aliud AB; ut in omni C 17 xii D 18 nuncupatur AC 23 nichil est quia nec latinum est hoc autem B 25 domino etc B 27 dum] donec A; dum . . . incipiunt] non dormiunt donec ipsa gravari incipiunt C 27-28 senservio D 32 hac] ac A, et B, hanc C 33 timpus tempus A; quod . . . refuto] quod siquidem dictum satis est puerile B

TEMPLUM 2 dicitur *om.* B

generale; pro locis enim quibuscumque magnis antiqui tem-
 5 pla dicebant. Et templa dicta quasi tecta ampla. Sed et locus
 designatus ad orientem a contemplatione templum diceba-
 tur. Cuius partes iiii erant: antica ad ortum, postica ad oc-
 casum, sinistra ad septemtrionem, dextera ad meridiem
 spectans», etc. Quod autem dicitur templum a theos, quod
 10 est deus, et platea quasi dei platea, ethimologia est. Nota
 versus differentiales quos ponit Grecismus (XI, 87-93),

Dicitur a templor templum, quod non habet usus,
 Quod contemplari debemus in hoc bona tantum.
 Sunt a delendo vel diluo delubra dicta,
 15 Namque precamur in hiis a nobis crimina tolli.
 A fando fanum dicitur, vel quia fandum est
 Hic pro delictis, sive per antifrasi-
 Aut a fane, quia parent ibi sepe maligna.

TEMERE, id est presumptuose, fatue, stulte, sine consilio,
 sine causa. Unde hec temeritas, id est presumptio, violentia,
 fatuitas; et temerarius, a, um, id est presumptuosus, fa-
 tuus, audax, qui audet audenda et non audenda; et temero,
 5 ras, id est corrumpere, violare. Item a temere dicitur hoc
 temetum, id est forte vinum, quia sepe facit hominem te-
 mere agere vel temetum quasi tenens mentem dicitur. Versus
 de Grecismo (XI, 97-9),

Quod natum vite sit vinum dicitur inde,
 10 Dicitur inde merum quia nil sit aque sibi mixtum,
 Bachus quod furere faciat, temetum quia forte.

Et componitur temetum cum lentos, quod est plenum, et dici-
 tur temulentus, ta, tum quasi temeto plenus, sicut est ebrius.

TENDICULA, le et hec tenticula idem significant. Sic enim
 vocantur «insidie vel instrumenta que tenduntur avibus vel

5 et *alterum*] etiam D 10-11 nota autem versus B 17 hic pro
 delictis] in eo culpas B 18 apparent A
 TEMERE 2 violenta D 9 fit C 10 quia] quod B; sit] est B; sibi] tibi
 C 13 temetus C
 TENDICULA 1 tenticula] tendicula A

leporibus vel aliis animalibus capiendis». Et dicuntur a tendo, dis. Ita dicit Huguicio (*s. v. Tendo*). Et nota quod tendo, 5 dis, tetendi, tendere, tensum vel tentum dicitur ire. Item tendimus arcum et vineam et brachia.

TENEBRE «dicuntur quod teneant umbras. Nil autem sunt tenebre, sed ipsa lucis absentia tenebre dicuntur, sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est silentium dicitur. Sic tenebre non aliquid sunt, sed ubi lux non est tenebre sunt». Ita dicit Ysidorus *Ethimologiarum* xiii (10,12) 5 ubi agit de arcus et nubium effectibus. In *Historiis* (1056) autem super illud *Genesis* i (2), «et tenebre erant super faciem abissi», dicitur sic, «Tenebre nil aliud sunt quam absentia lucis. Obscuritas autem quedam aeris a deo creata 10 est et dicta tenebre. Unde in catalogo creaturarum dictum est (*Dn.* 3,72) 'benedicite, lux et tenebre, domino'».

TERAPHIM exponitur in textu *Iudicum* xvii c (5) ubi dicitur, «fecit ephot atque teraphim, id est vestem sacerdotalem et idola». Sed super *Osee* iii f (4) dicit Ieronimus (*PL* 25, 844), teraphim dicuntur figure et simulacra, que hic intelligimus cherubin et seraphin vel quolibet alia templi ornamenta. 5

TEREBINTUS, sicut dicitur in glosa *Genesis* xliii c (11), «arbor est cuius resina vocatur similiter». Item Ysidorus *Ethimologiarum* xvii (7,71) dicit sic, «Terebintus arbor, grecum nomen, generans resinam resinarum omnium prestantiore 5 rem».

TENEBRE 2 sed] nisi B; tenebre dicuntur *om.* B 4 sunt nisi privatio lucis vel absentia eiusdem et ubi lux non est sed B 5 *ethimologiarum om.* C 7 illud *om.* C 9 quedam *om.* B 9-10 aeris vel opacitas a deo creata vel terra nox dicuntur tenebre B 11 domino etc. B
In *marg. fol.* 188 *add.* D: tenus iuxta usque prepositio ablativi casus
TERAPHIM 1 teraphin A 2 teraphym B 3 sed *om.* C
TEREBINTUS 1 dicit CD; in *om.* C 1-2 arbor est odorifera thusque et resina B 3-4 arbor generans resinam resinarum omnium prestantiorem et est grecum nomen B 4-5 prestantiore C

TERES, teretis dicitur longus et rotundus, sicut hasta. Unde Grecismus (XIII, 31),

Dicitur hasta teres proprie pomumque rotundum.

Et dicitur a tero, ris et est omnis generis secundum Priscianum (v, 24), licet Hugutio et Doctrinale (621) dicant ipsum esse communis, et sepe ponitur simpliciter pro rotundo.

TERISTRUM «palliolum est quo usque hodie Arabie et Mesopotamie mulieres velantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (25,6) ubi agit de palliis feminarum. Papias dicit quod teristrum est genus vestimenti quod nos palliolum dicimus. Item in glosa Genesis xxviii (38,14) dicitur quod teristrum erat «velamen quo utebantur Palestine mulieres». Alii dicunt quod teristrum vestis erat tenuis, sicut vela que delicate mulieres portant in capitibus suis. Et dicitur a terion, quod est estas, quasi vestis estivalis.

TESTA quasi tosta dicitur a torreo, torres, quod infra exponitur. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (4,4) ubi agit de vasis escariis quod «argilla excocta testa vocabulum suscipit quia, dum mollis esset, efficitur tosta». Item testa communiter appellatur olla vel quodcumque ex creta et argillosa

TERES 1 teredis AD 5 Hugutio *om.* B

In marg. fol. 188 add. D: tergivesor ris id est in varias partes se vertere decipere animum quasi tergum huc et illuc vertere unde tergiversator deceptor quia animum quasi tergum huc et illuc vertat ne qualis sit intelligatur et hec tergiversatio id est deceptio

TERISTRUM 3 paliis *om.* C; Papias *iteravit* C 4 terrestrium C 5 item sicut dicitur in glosa gen xxviii B; quod *om.* B 7 sicut sunt vela B

In marg. fol. 188 add. D: tesseron vel tesseras grece latine dicitur quatuor et componitur cum dia quod est de et dicitur diatessaron id est de quatuor consonantia item componitur cum decas quod est decem et dicitur hec tesseredecas adis id est quatuordecim unde invenitur quod matheus distinxit generationes in principio evangelii sui in tres tessericaedes id est in tria quatuordecim

TESTA 3 quod] quia ACD; ex costa C; suscipit D 4 tosta] testa AC 5 quodcumque aliud B; et] vel D

terra coquitur. Unde et quadam similitudine dicitur testa capitis.

TESTAMENTUM «vocatam quod nisi testator mortuus fuerit nec confirmari potest nec sciri quid in eo scriptum sit quia clausum et obsignatum est. Et inde dictum est testamentum quia non valet nisi post testatoris monumentum. Unde ad
5 Hebreos ix (17) 'testamentum in mortuis confirmatur'. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum v (24,2) circa principium. Et subdit ibidem (3), «Testamentum sane in scripturis sanctis non solum dicitur quod non valet nisi testatoribus mortuis, sed omne placitum et pactum testamentum vocabant». Idem
10 ibidem (5), «Testamentum iuris civilis est v testium signis signatum, subscriptione firmatum. Testamentum iuris pretorii est vii testium signatum signis». Dicitur autem testamentum a testor, aris, quod est testamentum facere, testificari, testimonium dare, coniurare vel iurare vel in testem
15 adducere vel rogare. Ita dicit Hugutio (s. v. Testor). Et secundum diversas acceptiones verbi potest testamentum diversimode accipi.

TESTICULI «per diminutionem a testibus dicti, quorum numerus incipit a duobus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum x (xi, 1, 104). Vel dicuntur testiculi quia marem esse testantur eum qui habet testiculos.

TESTAMENTUM 1 nisi] si C 2 quia om. B 3 est *primum om.* C 4 quia] quod C; testoris D 5 confirmatum C 8 non hoc solum C 15 vel rogare om. CD; et om. A

TESTICULI 3 esse om. B

In marg. fol. 188 add. D: a testor hic et hec testabilis et hoc testabile qui testari potest scilicet vel testimonium dicere vel facere testamentum et componitur intestabilis le qui non est dignus ut in testem recipiatur vel testamentum faciat testamenter aris id est testamentum facere testor componitur cum anti quod est contra et dicitur antestor aris id est contra testari id est testimonium perhibere contra et est absolutum unde si dicatur ille negat se hoc fecisse et ego antestor si vero dicatur antestor illum idem est quod illum testem contradico

THESAURUS dicitur locus ubi reponitur aurum vel potius ipsum aurum depositum. Et dicitur a thesis, quod est positio, et aurum quasi auri positio vel aurum repositum.

TETRAGRAMATON est nomen domini ineffabile, iiii litterarum: ioth, heth, vau, he. Unde dicitur a tetras, quod est quatuor, et grama, quod est littera. Et exponit glosa Exodi xxviii (36) sic, «He iste, ioth principium, heth passionis, vau vite, et totum sonat iste principium passionis vite, quia Christus est principium vite in Adam amissee, quam reparavit sua passione». Vide supra ubi exponitur alleluia.

TETRARCHA dicitur princeps super quatuor vel super quartam partem regni. Unde Grecismus (ix, 276-7),

Qui quartam partem regni tenet ille tetrarcha est
Ac dominus super quatuor est id idem.

5 Et dicitur a tetras, quod est iiii, et archos, quod est princeps* Ysidorus autem Ethimologiarum ix (3,24) ubi agit de regnis sic ait, «Tetrarche sunt quartam partem regni tenentes . . . qualis fuit apud Iudeam Philippus».

TETRICO, cas nichil est. Vide infra ubi exponitur tricare.

TEXO, is, texui, ere, textum verbum est quod ad telam pertinet et quandoque ponitur pro cooperire, ordinare et construere. Unde hec textura, re et hic et hec textilis et hoc le et hic et hec textilis et hoc le in eadem significatione, scilicet
5 quod facile textitur et hec textrina et hoc textrinum idem, scilicet locus in quo textitur. Invenitur etiam textrinus, na,

TETRAGRAMATON 2 *Post he add. B quatuor litteras hebraicas; unde et dicitur BC 5 sonat om. B 5-6 christus id est christi passio fuit principium B 7 vide om. D; In marg. D: de hoc nomine quere super illum locum psalmi semel locutus est deus nonne deo lxi psalmi*

TETRARCHA 4 id *om. B*

TETRICO Tetrico] trico D

TEXO 2 et *alterum om. B 3 huius re A; et hic et hec textilis et hoc le om. B 3-4 et hic et hec textilis et hoc le om. A 5 et hoc] vel C*

num. Unde Tobie ii (19) legitur de Anna quod «ibat ad textrinum opus cotidie». Item a texo hic textor et hec textrix.

TIARA «grecum nomen est et est genus pallioli vel pillei». Ita dicit Interlinearis Danielis iii (21). Exodi xxviii (37) dicit glosa, tiara que cidaris et mitra vocatur caput tegebat et ornabat pontificis. Et nota quod tiara producit mediam
5 sillabam. Unde Ovidius Methamorphoseon xi b (181),

Tempora purpureis temptat velare tiaris.

Unde Virgilius in vi Eneidos (VII, 247),

More daret populis, sceptrumque sacerque tiaras.

Item Grecismus (XII, 417-18),

10 Pilleus est iuvenum, peregrinantumque galerus,
Presulis at mitra sit, nobiliumque tiara.

Forte propter verbum Papie dicit sic, qui ait «tiara genus est palliorum apud Persas». Tiara pilleum est sive capitis ornamentum quod Persarum reges habent.

TIBIA, id est crus, dicitur a tibia, quod est iuncus, propter longitudinem. Ita dicit Hugutio (s. v. Tybi). Sed Ysidorus Ethimologiarum xi (1, 110) dicit sic, «Tibie vocate quasi tube. Sunt enim et longitudine et specie similes». Item tibia est
5 musicum instrumentum, de quo Ysidorus Ethimologiarum iii (21, 4), «Tibias excogitatas in Frigia ferunt et has diu funeribus tantum adhibitas, mox et sacris gentilium. Tibias autem appellatas putant quod primum de cervinis tibiis

TIARA 2 exodi autem xxviii BC 3 vocatur que scilicet caput B 6 tempta D; velare] violare A, molare D 8 septrumque C; sacrique B; tiaris C 11 at] est B 13 pilleus B

In marg. fol. 189^v add. D: hic tiberinus fluvius romanus a tibere vel tiberino rege albanorum in eo submerso dictus nam antea a colore aque albula dicebatur quia nivibus albus sit et idem dicitur tyberis vel tybris bris vel bridis similiter a tyberino sed tyberis in cotidiano sermone tiberis in versu

TIBIA 1 iunctus C 3 ix B 4 et *primum om.* B 6 iii a BD, xiii a C 8 de cervinis] decernimus A, decrevimus C; tibiis *om.* D

cruribusque hinnulorum fierent, deinde per abusionem ceptas
 10 vocari etiam que non de cruribus ossibusque essent. Hinc
 et tibicen quasi tibia canens».

TIGNARIUS dicitur qui tectoria tignis inducit; idem et archi-
 tector. Verba sunt Papie. Et dicitur a tignum, tigni. Di-
 cuntur autem «tigna ipsa laquearia vel ligna que ipsis la-
 quearibus illaqueantur». Et dicuntur tigna a tego, gis vel a
 5 tegula. Ita dicit Hugutio (*s.v.* Tego). Intellige quod ligna
 illa que ascendunt directe ad cacumen edificiū et totum
 tectum supportant tigna dicuntur.

TIGRIS «vocata est propter volucrem fugam, ita enim no-
 minant Perse et Medi et Greci sagittam. Est autem bestia
 variis distincta maculis, virtute et velocitate mirabilis, ex
 cuius nomine flumen Tigris appellatur quod is rapidissimus
 5 sit omnium fluviorum. Has magis Hircania gignit». Ita dicit
 Ysidorus Ethimologiarum xii (2,7). Et nota quod pro bestia
 declinatur hec tigris, huius gris vel gridis, pro fluvio autem
 declinatur hic Tigris, huius gris. De quo dicit Ysidorus in
 xiii Ethimologiarum (21,9), «Tigris fluvius Mesopotamie
 10 de Paradiso exoriens et pergens contra Assyrios et post mul-
 tos circuitus in mare rubrum influens, vocatus hoc nomine
 propter velocitatem instar bestie tigris, nimia pernecitate
 currentis».

THIMIAMA erat quedam compositio diversarum specierum
 quam sacerdos in altari thimiamatis adolebat, de qua dicitur

9 ceptas] capetas D 10 ossibusque ve C, ossibus ve D
 TIGNARIUS 1 tignareus A 4 illaqueantur A 5 intellige] intelligendum
 tamen B
 TIGRIS 1 velocem D 2 persi B; autem] etiam C 4 appellatur eo
 scilicet quod B; is *om.* B 6 pro *om.* AD 7 tigris genitivo huius B
 8 hic] hec C; in *om.* BC 11 vocatus est hoc AD 12 ad instar B;
 tigris] tigridis B, *om.* D; nimia *om.* C 12-13 pernecitate id est
 velocitate a pernitor perniteris currentis B, pernecitate currentis
 pernecitate id est velocitate a pernitor perniteris C, id est velocitate
 a pernitor teris *super lineam scr.* D

Exodi xxx g (34-5), «Sume tibi aromata stacten et onicam, galbanum boni odoris et thus lucidissimum; equalis ponderis
 5 erunt omnia; faciesque thimiama» etc. Et exponit Magister in Historiis (1188) dicens, «Onica fertur ostreola parvula, suave redolens, magnitudine humani unguis, unde et onica dicitur quia onix grece unguis dicitur. Stacte est gummi quod defluit de mirra, quod et mirra dicitur. Galbanum vero suc-
 10 cus est ferule et nascitur in Syria optimum, cartilagosum scilicet et minus lignosum . . . Ferula vero in Gargano nascitur, cuius succus vilior est. Thus vero lucidissimum optimum, quod masculinum dicitur quia instar humani testiculi rotundum est. Et libanum, a Libano monte Arabie, in quo
 15 nascitur arbor thuris, ad aceris qualitatem, perplexo vimine . . . et quia dominus prohibuit talem compositionem fieri in usus hominum . . . inde est quod in ecclesia non detur odor thuris benedicti sponso et sponse. Inde etiam est quod, oblato thure benedicto super altare, si descendat thuribulum
 20 ad clericos in choro vel ad laicos, aliud thus sine benedictione apponendum est et hominibus offerendum». Ysidorus in iiii (12,2) Ethimologiarum ubi agit de odoribus ait sic, «Thimiama lingua greca vocatur eo quod sit odorabile». Unde dicitur a thimo flore qui odorem refert nam hoc thimum quendam herba odorifera dicitur. Et hic thimus, flos eius, qui
 25 valde redolet.

THIMIAMATERIA dicebantur vasa in quibus thimiama servabatur. Et dicitur thimiamaterium a thimiama et terion, quod est status, quasi vas in quo stabat thimiama. Vel dicuntur thimiamateria vasa in quibus teruntur species

THIMIAMA 3 xx D 5 thimiamata C; exponitur ABC 9 mirra *primum*] mirra D 10 est *om.* C 11 scilicet *om.* B 12 vilior] rarior B 15 *ad aceris add.* C *in marg.*: hec acer aceris species ligni coloribus imparibus ut dicit papias; quantitatem ABC; perplexa B 15-16 perplexo et in torto vimine C 18 et *om.* A 19 thuribularius C 20 aliud] ad C 20-21 benedictione scilicet apponendum B 21 offerendum vel afferendum B; ysidorus autem in B 25 dicitur] est C

THIMIAMATERIA 1-2 servabantur D 2 thimiamateria BC

5 ex quibus conficitur thimiama. Et tunc dicuntur thimiama-
teria a thimiama et tero, teris.

THINA LIGNA, «de quibus Salomon gradus fecit in domo domini», incognita sunt ligna, etiam peritioribus Iudeorum. Ita dicit Papias, et scribit per n et cum simplici i. Sed super illud iii Regum x c (11) «Attulit ex Ophir ligna thina» dicit
5 glosa, «imputribilia, spinosa, in similitudinem albe spine, thina rotunda sunt et candida». Item ii Paralipomenon ix d (10) super illud «attulerunt de Ophir aurum et ligna thina» dicit glosa, «hec rotunda et quasi spinea, sed multo candidiora et valde fulgentia».

TIMPANUM quoddam instrumentum est musicum, scilicet pellis vel corium ligno ex una parte extensum. Et dicitur a tinnio, nis quia tinnit, id est resonat. Vel dicitur «a ticon, quod est medium, est enim media pars symphonie» in simi-
5 litudinem cribri, et virga percutitur. Ita dicit Hugutio (s. v. Tinio) et sumit ab Ysidori Ethimologiarum iii (22,10). Et inde dicitur hec timpanistria que canit in timpano, que et timpanotria dicitur.

In marg. fol. 189 add. D: timoratus id est timore plenus timorosus idem timidus qui semper timet timens qui ad horam timet ex causa similiter distinguuntur pavidus et pavens providus et providens superbus et superbiens languidus et languens timo sive timos grece latine dicitur mens inde timeus liber platonis quia ibi multa de divina mente continentur timo quod est mens componitur cum ab et mutata b in u fit autumo id est affirmare putare credere quia a mente sic habetur credere item timo componitur cum e et dicitur estimo mas id est appreciare vel putare quasi ex mente sic habere et hoc iterum componitur cum ex et dicitur existimo as id est putare item timo componitur cum in et dicitur intimo as id est in mentem immitere indicare notificare

THINA LIGNA 1 thina sunt ligna B; fecit] fecto D 3 scribitur D; sed om. C 5 spinosa om. D; similitudine C 6 item] in C; Paralipomenon] parabolis C 8 glosa scilicet rotunda B

TIMPANUM 2 corum A; parte vel duabus extensum B; dicitur om. B 6 sumitur D; ysidoro D 8 Post dicitur add C, in marg. B: exo xv dicit glosa timpanum secundum ieronimum est tube in summo habens fistulam per quam reddit sonum

TINEA est «vestimentorum vermibus sic dicta eo quod teneat et eo usque insideat quo erodat. Inde et pertinax quod in eandem rem identidem urgeat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xii (5,11).

TINTINNABULUM dicitur a tinnio, nis vel est nomen fictici-
cium. Unde Ysidorus Ethimologiarum iii (22,13), «Tintinnabulum de sono vocis nomen habet, sicut plausus manuum et stridor nabulum valvarum».

TIPHONICUS ventus secundum aliam translationem dicitur ventus tempestivus et dicitur tiphonicus a tiphos, quod est inflatio. Idem dicitur euroaquilo, qui supra exponitur in loco suo.

TIPSANA, sicut dicit glosa ii Regum xvii (19) dicitur, «ordeum siccatum, pila tunsum, decorticatum, et fit inde cibus aptus carentibus dentibus». Et Alexander Nequam (*fol.* 113^v, 2) sic ait,

5 Cortice nudata tipsanas ordea dicas.

Optime fecit produciens penultimam. Unde Oratius in Sermonibus (II, 3,155),

Tu cessas? agedum, sume hoc tipsanarium orize.

Iste versus, sicut sciunt boni grammatici scanditur ac si esset
10 littera talis,

Tu cessas? agedum, sume hoc tipsanar orize.

Unde patet quod media produciatur. Et dicitur tipsana a tipso, quod est percutere, quia percutitur in pila quando decorticatur.

TINEA 2 erodat et inde et D; quod] quia B 3 idem et idem B
TINTINNABULUM 1-2 dicitur . . . tintinnabulum *om.* AD 1 tinno C 2
Ysidorus *om.* C 3 manuum] navium C 4 valvarum] vulvarum A
TIPSANA 2 siccatum *om.* B 2 pila tunsum] pilatum sive BD; decorticatum D 3 carentibus] hiis qui carent B; et *om.* C 5 nudatos C
9-11 iste . . . orize *in marg.* B 9 sciunt] dicunt D 13-14 decor-
dicatur D

TIPUS dicitur figura vel similitudo. Unde ii Regum xii g (31), «traduxit eos in tipo laterum» glosa «traduxit cultros per eos in tipo, id est in similitudine, eo modo quo traducuntur per lateres adhuc teneros, ut formentur». Huguitio autem dicit
 5 sic, tipus dicitur «figura vel forma vel status, et tipus quedam herba est que in aqua nascitur et ab aqua inflatur. Unde et ambitiosorum hominum et sibi placentium tumor et superbia tipus dicitur. Item ab illa herba frigide febres tipi dicuntur. Unde tipicus, ca, cum, id est figurativus, et etiam
 10 tipica febris dicitur quandoque. Quidam periodicam dicunt». Periodicas febres appellant physici cotidianas, tertianas et quartanas, que non continue sed interpolate affligunt. Et dicuntur sic a peri, quod est circum, et odos, quod est via, quia cum interpolatione circueunt.

TIRANNUS dicitur «rex fortis quia olim tiranni et reges nullam habebant differentiam». Et tunc dicitur «a tiro, quod est fortis». Unde fortes reges tiranni vocabantur. «Sed postea accidit tyrannos vocari pessimos et improbos reges... Et
 5 tunc dicuntur tiranni a tiro, quod est angustia, quia angustiant et cruciant suos». Ita dicit Huguitio (s. v. Tiro).

TIRO, onis dicitur novus miles vel noviter ad militiam electus. Et dicitur a tiro, quod est fortis vel angustia, quia fortis solet ad hoc officium eligi vel quia ad acquirendam probitatem multum se angustiant.

TIRSUS nomen est compositum a terra et sursum. Unde Papias, tirsus est «generalis omnium herbarum vel olerum medius frutex, sic dictus quod a terra sursum conscendat».

TIPUS 2 in om. D; latorum B 3 similitudinem AD 8 tipi om. AD 9 figura cuius D 10 quandoque] quam C; dicunt] vocant C 11-14 periodicas... circueunt in marg. D 11 et om. C 14 circumvenit B

TIRANNUS 4 accidit... vocari] tyrannos vocaverunt B 5 dicti sunt B; tiros B; quia] quasi D 6 suos] sibi subditos B

TIRSUS 3 quod... conscendat in marg. B

Item tirsus est «genus cimbali in modum fenestre quadrate
5 factum», quod ab utraque manu tenetur et tam aperiendo
quam claudendo sonat. Tirsus etiam dicitur baculus vel
ramus quo utuntur in sacrificiis Bachi.

TITAN grece dicitur sol et interpretatur illuminans quia sol
terram illuminat. Unde dicuntur Titanes quidam viri fortis-
simi quasi mundum illuminantes sua probitate. Vel dicun-
tur a tito, quod est ultio. Unde Papias, Titanes quosdam in
5 Grecia ferunt fuisse robustos et excellentes viribus, quos fe-
runt fabule ab irata contra deos terra ad eius ultionem
creatos; et a Iove superati fulminibus interierunt. Invenitur
etiam Titan indeclinabile pro eisdem. Unde Iudith xvi b (8),
«nec filii Titan percusserunt eum».

TITIO idem est quod torris et dicitur a torreo, res quasi tor-
rio. Vide infra ubi exponitur torris.

TITULUS est brevis annotatio eorum que diffusius in sequen-
ti opere continentur. Et dicitur a Titan, quod est sol vel il-
luminans, quia titulus illuminat quasi totum opus sequens.
«Vel dicitur a Tito Livio qui primus librum suum per di-
5 stinctiones divisit et singulis titulum apposuit. Vel dicitur
titulus a theta, figura sic facta, Θ scilicet, que olim in fronti-
bus dampnatorum imprimebatur». Unde quidam ait,

O multum ante alias infelix littera theta.

Habet enim telum per medium, quod est signum mortis.
10 «Sicut autem per illam figuram reddebatur homo noscibilis,
sic per titulum cognoscitur liber . . . Titulus etiam dicitur

7 ramus cum frondibus quo BC

TITAN 3 mundus A 5 viros C; quod A 6 ab] ad C 8 Iudith *om.* D;
xvi] xii B; b *om.* C

TITIO 1 quasi] quod est A

TITULUS 1 que] qui AC 5 titulum suum A 6 theta] tota AC, tetha B,
teca D Θ *om.* ABD; scilicet *om.* BC 8 ante] inter D 9 per
medium] in medio B; medium] dimidium C 10 noscibilis et no-
tabilis B 11 sic etiam B; etiam] autem B

quedam nota brevitatis que dictionibus apponitur», que apud Grecos apanusirma, id est superior tractus, dicitur. Item «titulus dicitur inscriptio vel signum laudis et honoris vel
 15 laus quia olim in imaginibus laudes nobilium intitulantur». Omnia ista invenies fere in Dirivationibus Huguitionis. Papias dicit quod titulus dicitur significatio, signum vel indicium, manuum scriptura. Et inde titulo, las, id est titulo designare vel titulum apponere.

TOLERO, ras dicitur sustinere, pati, suffere. Unde verbalia, et debet scribi et proferri per simplex l. Unde Ovidius Methamorphoseon ix c (288-90),

5 Tantum erat, ut posses auctorem dicere tanti
 Ponderis esse Iovem, nec iam tolerare labores
 Ulterius poteram.

TOLLO, lis dicitur elevare, auferre, nutrire, portare, sufferre, et caret preterito et supino, sed mutuo accipit sustuli, sublatum. Unde Priscianus (x, 34), «Tollo tetuli, pro quo nunc in usu frequenti est sustuli. A tulo quoque, quod veteribus in
 5 usu fuit, tetuli dicebatur». A tollo quoque deficit supinum, sed pro eo utimur sublatum. Grecismus (ix, 100-2),

Qui removet tollit, qui sublimat quoque tollit,
 Et pro nutrire tollere sepe datur;
 Qui tollit removet, gerit, erigit, accipit, aufert.

TONDEO, des, totondi, dere, tonsum, su dicitur capillos secare vel aliud diminuere, in circuitu corrodere. Unde hic tonsor et interposita t hec tonstrix.

TONO, «nas, nui, nitum, id est tonitruum facere, et convenit soli deo. Unde solum in tertia persona debet inveniri. In-

12 que] qui ABD 13 a pamisirma A, a panu sirena B, apami sirena firma D; dicitur *om.* B 14 in scripto B 17 papias vero dicit B
 TOLERO 2 proferri *om.* B 3 ix *om.* D 4 posset D 5 nec] ut C
 TOLLO 1 portare suffere *om.* B 3 tetuli] retuli C 4 quod] pro C 5 retuli C; a] ut A; defuit BC 9 erigit] eripit B
 TONDEO 1 totundi D
 TONO 1 nitum] tonere B 2 in tertia *om.* C

venitur tamen in prima et in secunda per prosopopeiam et per translationem, ut tono, id est sono vel fortiter proclamo, 5 et per apostropham. Unde hic tonus, id est sonus». Ita dicit Huguitio. Prosopopeia interpretatur fictio persone, ut cum res animata loquitur ad inanimatam vel econverso aut inanimata ad inanimatam. Et dicitur a prosopos, quod est persona, et poio, pois, quod est fingere. Apostropha autem est 10 directio vel conversio sermonis ad aliquem absentem. Et dicitur ab apo, quod est re vel de, et strophos, quod est conversio.

TONITRU indeclinabile et neutri generis et hic tonitrus, huius tonitrus, trui et hoc tonitruum, tonitruum idem significant. Et componuntur ista tria nomina a tonus, ni, quod est sonus, et terreo, res quia huiusmodi sonus valde terret. 5 Unde Ysidorus Ethimologiarum xiii (8), «Tonitruum dictum eo quod sonus eius terreat, nam tonus sonus dicitur. Qui interdum tam graviter concutit omnia ita ut celum discussisse videatur quia cum procella vehementissimi venti nubibus se repente immiserit, turbine invalescente exitumque que- 10 rente, nubem, quam excavavit, impetu magno prescindit ac sic cum horrendo fragore defertur ad aures. Quod mirari quis non debet cum vesicula quamvis parva magnum tamen sonitum displosa emittit... Lux autem que apparet ante tonitruum fulgor vocatur. Que ideo ante videtur quia clarum 15 lumen est, tonitruum autem tardius ad aures pervenit», ad

4 vel fortiter proclamo *om.* B 5 apostrophen B 5-12 ita... conversio *in marg.* D 6 nota prosopopeia B; sopopeia D 7 ad rem inanimatam C 7-8 vel... inanimatam *om.* B; inanimata ad *om.* D 9 fingere] fingo fingis B; autem *om.* C 10 conversio] econverso AD; absentem quasi (ut B) presentem BC 11 apo] apos B; trophos B 12 conversio etc B

TONITRU 1 hic tonitrus] hic tonitruus A 2 huius tonitrus] tonitruus A, *om.* B; trui *om.* BC 3 componitur C; tria *om.* C 5 dictum est B 6 eiusmodi A; tonus sonus] tonus A, totius sonus C 8 quia] quod C 11 cum magno fragore et horrendo B 12 cum una vesicula B 13 emittat B, emittatur D

instar securis arborem procul cedentis, cuius quidem ante cernis ictum quam ad aures sonitus perveniat.

TOPARCHIA dicitur loci principatus. Et componitur a topos, quod est locus, et archia, quod est principatus. Archos enim grece dicitur princeps, unde et archia dicitur principatus. Unde «tres toparchie» (1 *Mc.* 11,28) dicuntur trium locorum
 5 principatus. Vel toparchia dirivatur a toparcha, toparcha enim dicitur princeps alicuius loci. Item topos dicitur totum, unde toparcha dicitur princeps super totum. Unde toparchia dicitur principatus super totum vel principatus universalis.

TOPAZIUS vel topazion indeclinabile gemma quedam est. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvi (7,9) ubi agit de viridioribus gemmis sic ait, «Topazion gemma est ex virenti genere omnique colore resplendens, inventa primum in
 5 Arabie insula in qua Trogodite predones, fame et tempestate fessi, cum herbarum radices effoderent, gemmam istam eruerunt. Postea quesita, nebulis cooperta, tandem a navigantibus est inventa. Et ob hoc locus et gemma nomen ex causa accepit, nam topazim Trogoditarum lingua significationem
 10 habet querentis. Et est amplissima gemmarum». Scripsit autem Plinius (xxxvii, 8,107) hanc gemmam tante repertam magnitudinis ut ex ea Ptolemeus Philadelphus statuam iiii cubitorum faceret. Item in glosa que ponitur in fine Apocalipsis (21,20) sic dicitur, topazius «quo rarior

16 quidam ABD 17 cernitur ictus B; sonus C; *post* perveniat *add.* B: vel ut dicunt quidam sapientes et bene ex divine bonitatis ordinatione lucem aut fulgorem illum tonitruum precedere ne si subito audiretur fulgore nullo precedente vehementer afficerentur homines in tantum scilicet quod eos in instanti mori contingeret pre timore

TOPARCHIA 1 loci] locus C 2 enim *om.* C 3 princeps latine A 5 enim] autem B 8 *Post* universalis *add.* BCD: vel (id est D) principatus super totum

TOPAZIUS 5 troiedite AD, trogoditate C 6 foderent D 7 exuerunt B 8 ob] ab C; hoc *om.* A 9 accipit C; trogoditarum D 11 autem] etiam C; gemminam B 12 Tpholomeus C 14 apocalipsi D; radior C

15 eo pretiosior, et habet duos colores, ex auro et etherea claritate maxime lucens cum splendore solis tangitur, superans omnium gemmarum claritates, in aspectum suum singulariter provocans aspicientes, quem si polis obscuras, si nature relinquis clarior est et nichil eo carius regibus inter
20 divitias». Huguitio dicit quod topazius dicitur insula et topazius vel topacius lapis. Et componitur a ton vel protos, quod est totum, et patos vel pazos vel passos, quod est color. Unde topazius quia de omni colore lapidum in se habet.

TORAX «a Grecis dicitur anterior pars trunci vel corporis a collo usque ad stomachum, quam nos dicimus arcam eo quod ibi arcanum sit, id est secretum, a quo ceteri arcantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,73). Et inde
5 dicitur hic torax, huius acis, id est lorica pectoralis, et proprie que tantum extenditur quasi toracem corporis protegat et defendat. Unde Virgilius Eneidos xi c (xii, 381-2),

Imam inter galeam summi toracis et oras
Abstulit ense caput.

10 Et habet duplicem terminationem in accusativo singulari, scilicet toracem vel toraca, et pluraliter toraces vel toracas, et hoc est quia sapit grecum, a quo descendit. Unde Virgilius Eneidos x a (xi, 9-10),

15 Telaque trunca viri, et bis sex toraca petitum
Perfossumque locis etc.

TORCULAR dictum eo quod ibi uve calcantur atque extorte exprimuntur. Unde dicitur a torquendo. Invenitur etiam hoc torculare in eodem sensu et ambo producunt hanc sillabam cu.

15 duos colores *om.* C 15-16 claritatem B 18-19 nature sue B
19 carius est regibus B 23 lapidis AB
TORAX 4 xii D 5 hic *om.* D; pastoralis A 6 quasi] quod C; pro-
tedat C 9 astulit D 11 toraca] thorica B 12 hoc ideo est B;
quia] quod D 14 trunco A 15 prefossumque B
TORCULAR 1 ibi uve] ve ibi C; uve torquendo calcantur B; calcantur
C 2 unde et dicitur B 3 hanc *om.* C

TORMENTUM dicitur quasi torquens mentem. Vel dicitur tormentum quasi torquimentum a torqueo, ques et inde tormento, tas, id est tormento afficere.

TORNUS, torni a torquendo dicitur instrumentum cum quo vasa tornantur. Et inde dicitur torno, nas, id est torno aptare, in girum mittere vel volvere. Unde hic et hec tornatilis et hoc tile et hoc toreuma, matis, id est tornatura vel vas tornatum
5 vel quicquid celatur, tornatur, sive lectus sive aliud.

TORQUEO, ques, torsi, quere, torsum vel tortum dicitur cruciare, flectere, volvere, mittere vel iaculari. Unde torsus, sa, sum et tortus, ta, tum et hec torsio et hec tortio.

TORQUES «sunt circuli aurei a collo usque ad pectus descendentes et pendentes . . . Dicte autem torques eo quod sint torte», supple quia formam habent circuli. Ita dicit Papias et secundum Papiam dicitur hec torques, huius torquis, et
5 ita invenitur passim in biblia. Sed secundum Priscianum (v,28) declinatur hic torques, huius torquis. Versus de Grecismo (XII, 102-5),

Pectoris est proprie spinter pariterque monile,
Ornatus colli sit torquis et auris inauris,
10 Anulus est manuum, sunt armille scapularum,
Atque perichelides exornant brachia nimphis.

TORREO, «res, rui, rere, tostum dicitur urere, assare, siccare, cremare, vertere sive volvere». Ita dicit Hugutio. Versus,

TORNUS 3 involvere AD 4 et hoc toreuma *om.* D; hoc] hec C; huius matis A 5 sive vas sive lectus C

TORQUEO 2 cruare C 3 et tortus ta tum *om.* D; torsio onis B

TORQUES 1 circuli *om.* B; pectus] pedes C 2 dicta D 4 et secundum Papiam] secundum quem B 4-6 et alterum . . . torquis *om.* C 4 et alterum *om.* D 5 priscianum cui omnino credendum est B 6 hic torques] hec torquis B 9 torques C 11 Post nimphis *add.* BC, in *marg.* AD: nimpha a nube dicitur dea (+ scilicet aquarum C) item nimphe dicuntur muse (musce AD) item nimpha ipsa aqua vel sponsa in nuptiis unde paranimpha id est pronuba (+ dicitur B) que nimpham id est sponsam viro iungit (coniungit A)

TORREO 1 tostum tu AB; sutare C 2 ververe C; seu C

Qui torret volvit, siccatur, crematur, assatur et uritur.

Inde «torridus, da, torridum, id est velox vel tostus».

TORRENS «est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrens eo quod pluvia crescit, siccitate torrescit, id est are-scit». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xiii (21,2) ubi agit de fluminibus. Grecismus (xii, 288-95) ponit tales ver-
sus differentiales,

10 Torrens est veniens aqua nubibus ex liquefactis,
 Stans ex artificis studio dicas fore stagnum,
 At lacus, ut dicunt, aqua mobilis est aliquantum,
 Stans ex natura palus est, sed turbida limpha,
 Fons aqua natura subtilis, clara, sub estu
 Frigida, sed cedens sub frigiditate calori,
 Est puteus locus intus habens latices, gravis haustu,
 Cuius margo tenet circum lignumve petramve.

TORRIS est «lignum adustum quem vulgus titionem appellat, extractum foco, semiustum et extinctum». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvii (6,27) ubi agit de arboribus. Et dicitur torris a torreo, res quasi torrio.

TORTA, «torte, unde et tortula diminutivum, genus cibi est vel panis qui vulgo dicitur ita». Sic exponit Hugutio (s. v. Torqueo). Et dicitur a torqueo, quia quia torquetur, id est volvitur dum fit et etiam quia forme est volubilis, id est
5 circularis. Sed Magister in Historiis (1201) tortam dicit esse colliridam. Vide supra ubi exponitur collirida.

TORTIO est torquendi actio, interior intestinorum afflictio. Torsio idem significat et utrumque descendit a torqueo, quia.

TORRENS 2 crescit et siccitate B; siccatur D 9 Post limpha add. in
textu A, in marg. D: palus paludis naturaliter producit hanc sillabam
lu 11 credens AD; sub] pro C 13 circum] curum A

TORTA 1-2 unde . . . ita] a torquendo dicta unde genus est panis vel cibi
panis inquam qui vulgo dicitur ita scilicet torta gallice tourte ita B
3 id est] et B 4 et . . . volubilis] et est tertius a primo frumenti
quidem vel secundus aut etiam dicitur sic quia est forme volubilis
B; volubilis] nobilis D 5 tortam] totam D
TORTIO 1 Tortio] torsio B 2 torsio] tortio ABD

THORUS dicitur «lectus et proprie qui solet fieri de herbis, sicut in expeditione. Unde et sic dicitur ab herbis tortis quibus fit vel que accumbentium humeris supponuntur». Item thorus est reflexio et pulposa extantia carniū sicut
 5 circa collum vel in brachiis. Et dicitur sic quia ibi torta viscera videantur. Et inde thorosus, sa, sum, id est pinguis et thoris plenus vel superbus». Ita dicit Hugutio (*s. v.* Torqueo). Utrumque descendit a torqueo, ques.

TORVUS, va, vum dicitur crudelis, terribilis et componitur a tortus et vultus. Unde torvus dicitur quasi torti vultus. Unde in Papia scribitur, torvus terribilis eo quod sit torto vultu et truculento aspectu, ut torva leena.

TRABS secundum Huguitionem (*s. v.* Traho) dicitur a traho, his «quia ab uno pariete trahitur ad alium». Et secundum ipsum declinatur hec trabs, huius trabis vel hec trabes, huius bis.

TRADUCERE dicitur trans vel ultra ducere, sed Matthei i g (19) super illud, «Ioseph autem vir eius, cum esset iustus et nollet eam traducere» dicit Interlinearis, «id est producere, et Greci habent propalare». In idem redit, quod enim mani-
 5 festatur quasi de tenebris ad lumen traducitur. Alexander Nequam (*fol.* 127, 12-13) dicit sic,

Ad tua cum ducis sponsam traducis eandem,
 Vel quod diffamat hic, id traducere signat.

Ubicumque ponitur traducere per quandam adaptionem po-
 10 test exponi secundum primam expositionem. Et componi-

THORUS 2 sicut fit in expeditione ut in exercitu vel aliqua negotiatione unde B 8 et utrumque B

TORVUS 1 crudelis ferus sevis terribilis horribilis iniquus iniustus perversus pessimus delirus desperatus et B 3-4 torto] torvo D; torto id est deformi vel horribili vel frendenti vultu sive truculento B 4 truncolento D

TRABS 2 ab] ex D 3-4 vel . . . bis *om.* B

TRADUCERE 2 autem *om.* B 4 propalare et in B 7 traducit D 8 diffamatur A 9 ubicumque autem ponitur B; traducere signat per C

tur a trans et duco, cis. Et nota quod debet scribi et proferri traduco et non transduco. Dicit enim Priscianus (xiv, 28) quod «trans quandoque in compositione amittit n et s, ut traduco, trado, traicio, trano». Versus,

- 15 Trans in compositis nil deperit integritatis,
Trano, traicio, traduco, trado notatis,

id est exceptis. Item nota quod dicitur hic tradux, huius traducis, id est propago, et pro originali peccato invenitur. Et dicitur a traduco, cis in utraque significatione, sicut enim
20 a patribus filii propagantur, sic originale peccatum ab Adam in posteros transfertur. Item a traduco dicitur hec traductio, id est ultraductio, propalatio sive manifestatio. Unde Sapientie ii (14), «factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum», glosa «Cogitationes nostras traducit in
25 lucem». Item mors dicitur traductio quando homines ab hac vita traducuntur. Unde Sapientie xi b (8), «Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum» etc. Multis aliis modis potest exponi per quamdam adaptationem, habito semper respectu ad primam significationem.

TRAGELAPHUS, id est hircocervus, nomen est compositum a tragos, quod est hircus, et laphos, quod est cervus. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (1,20), «Tragelaphi a Grecis nominati, qui etsi eadem specie sint ut cervi, villosos tamen
5 habent armos, ut hirci, et menta premissis hirsuta barbis».

TRAHA, trahe genus est vehiculi et dicitur a trahendo quia

14 trano *om.* C 17 vel remotis id est exceptis A; item] et C; hic] hoc B, hec C 19 et *om.* C 21 transfertur] pertransivit B 22 sive manifestatio *om.* D 24 glosa id est cogitationes C; tradunt D 27-28 multis et etiam aliis B

TRAGELAPHUS 1 traelaphus D 4 etsi *om.* ACD; sunt C; tamen *om.* C 5 ut] qua et B; menta] iumenta D; *ad menta in marg.* C: ysidori xi mentum dictum quod mandibile ibi orientur vel quod iungantur; prolaxis C

TRAHA 1 Traha et totam expositionem *om.* D; *expositionem post tribunal inseruit* B

rotas non habet. Sic etiam appellatur illud instrumentum dentatum quod equus trahit super terram de novo seminatam pro semine recondendo et glebulis conterendis.

TRAIECTIO ponitur pro mercium transportatione Ecclesiastici xxxviii c (37,12) et derivatur a traicio, cis, quod est ultra iacere, transfigere vel perforare.

TRAMES, tramitis dicitur via parva et transversa per agrum. Et dicitur a traho, his quia trahit a via publica. Vel dicitur a transmittio, tis quia transmittit ad aliam partem agri. Vel dicitur a transverto eo quod per transversum ducat.

TRANSFRETO, tas dicitur trans fretum ire, mare transire et ubique corripit hanc sillabam fre, sicut fretum a quo componitur.

TRANSFUGA dicitur qui fugiens ad alios se transfert. Et declinatur hic et hec transfuga. Invenitur etiam transfugus, ga, gum in eadem significatione, sicut confuga et confugus et profuga et profugus.

TRANSIGO, gis dicitur ultra agere, peragere, componere litem, decidere, quasi actionem transire. Unde et transigens participium quod sapit omnes verbi sui significationes. Item a transigo dicitur hec transactio, que sic diffinitur in lege:
5 transactio de re dubia et lite incerta neque finita, non gratuita pactio. Et dicitur transactio quasi actionis transitio eo quod

3 de novo] noviter C 4 semine scilicet recondendo B; gebulis C; post conterendis add. A: quod est ultra iacere transfigere vel perforare (cf. s. v. traiectio); post conterendis add. B: alio etiam nomine dicitur tribula de qua ante parum dictum est

TRAIECTIO 2 c om. B

TRAMES 2 a alterum] de B 3 ad iteravit C; alia D 4 transverto tis B

TRANSFRETO 1 transire transnavigare et B 2 sicut et fretum B

TRANSFUGA 3 et alterum om. D

TRANSIGO 1 transfigo AD 4 transigo] transfigo C 5 transactio est de BC; et] ut C; neque] nec CD

qui transigit transit et recedit ab actione et sic, facta compositione, cessat strepitus litis.

TRANSTRA dicuntur tabule in navi super quas remiges sedent. Et dicuntur sic eo quod ex transverso sint. Que Virgilius (*Aen.* VI, 411) iuga appellat. Ita dicit Ysidorus *Ethimologiarum* XIX (2,5).

TRANSVADARE dicitur ultra vadare, trans vadum ire vel trans vadum ducere. Et est compositum a trans et vado, vadas, quod est vadum transire vel per vadum ducere. Unde iste vadat equum, id est ducit per vadum. Versus (*Grec.* XIX, 84),

5 Vado viam, vado quadrupedem, vadio vadum do.

TRIBULA, tribule dicitur machina ad trituras messes. Unde Ysidorus *Ethimologiarum* XX (14,10) ubi agit de instrumentis rusticis sic ait, «Tribula est genus vehiculi unde teruntur frumenta et ob hoc ita vocatur», supple quia terit.

5 Invenitur et hoc tribulum in eodem sensu. Tamen Grecismus (XII, 364-5) ponit differentiam dicens,

Carduus est tribulus, tribulum terit allia salsa,
Dicitur hinc tribula teritur qua putrida gleba.

Et a tribula dicitur tribulo, las, id est tribulationem inferre.

10 Item hic tribulus, id est quedam herba spinosa, dicitur a tribula quia tribulat tangentes, vel dicitur a tero, teris secundum quosdam.

TRIBUNAL, lis et hoc tribunale, lis idem, scilicet sedes iudicis. Et dicitur a tribunus, tribuni quasi sedes tribuni in qua ius tribuit. Secundum Papiam dicitur tribunal, id est sedes, a tribuo, is eo quod inde a sacerdote «tribuantur precepta

7 transit *om.* D; cedit C

TRANSVADARE 1 transvadere BC; vadere C 4 id est] a B; unde versus C

TRIBULA 1 trituras mellis B 2-3 instrumentis AD 3 ruralibus B 4 ob] ab D 8 hinc] et B 9 tribulonem B 10 id est *om.* BC; spinosa et dicitur D 11 quia] eo quod C; dicitur *om.* C

5 vivendi». Item tribunal dicitur sedes, solium, sella curulis. Est enim locus in sublimi constitutus unde universi eum audire possunt. Item tribunal a tribu denominatum eo quod ad illam sedem tribus convocentur. Vide supra ubi exponitur cathedra.

TRIBUNUS a tribuo, is dicitur. Unde Ysidorus Ethimologia-
rum ix (3,29) ubi agit de imperiis sic ait, «Tribuni dicti quod
plebi vel iura vel opem tribuant». In glosa autem i Macha-
beorum iii g (55) scribitur sic, «Tribunos appellant illos qui
5 mille militibus preerant, quos Greci ciliarchos vocant, cen-
turiones qui centum, pentacontarchos qui quinquaginta,
decuriones qui decem». Sed multi libri habent glosam istam
vitio scriptorum corruptam. Versus,

10 Mille tribunus habet, grece ciliarcha vocatus,
Centurio centum, bis quinque decurio ducit
At quinquaginta pentacontarchus habebit.
Cur u longatur post et prius abbreviatur
Nullus miretur si fons et origo notetur.

15 Alii dicunt quod tribunus est qui preest uni tribui. Vel di-
citur tribunus a tributo, quia ei tributum persolvitur.

TRIBUNAL 5 vivendi secundum legem dei B; item] idem AD; curilis
AC, circulus B 6-7 audire] exaudire AD 7 item] idem AD; de-
nominatur D; quod *om.* D

TRIBUNUS 2 sic ait *om.* A 3 vel *om.* B 4 illos] eos BC 5 preerat A;
ciliarchas D 7 istam] hanc B 9 celi archa D; vocatur CD 12
cur] cui ABC; longetur B; abbreviatus A, abrevietur B 13 mi-
ratur CD, miratus A; notetur] vocatur A, mutatur C, notatur D
15 *Post* persolvitur *add.* A, *post* corruptam (*v.* 8) B, *post* notetur
(*v.* 13) C, *in marg.* D: quare (nota quod B) producitur u in hac
dictione decurio licet corripiatur in hac dictione centurio patet
(*om.* B) quia decurio componitur a decem et curio nam hic (*om.* C)
curio a cura dicitur quia (qua C, qui D) accipit (+ curiam vel B)
curam de plebe et civilia officia exercet unde decurio dicitur quasi
x curio vel x curans vel x habens in cura et constat quod curio et
cura primam habent productam unde (inde est B) producitur u
(*om.* C) in hac dictione decurio quod (quia C) autem (ante C)
corripiatur in hac dictione (nomine BD) centurio patet per priscia-
num qui ait (per id quod persius dicit B, per persium qui ait CD)
dixeris hoc (hec BC) inter varicosos (varicolos D) centuriones

TRIBUS, id est progenies, dicitur a tris, quod est tres. Unde Ysidorus Ethimologiarum ix (4,7) ubi agit de imperiis sic ait, «Tribus dicuntur tamquam curie et congregationes distincte populorum, et vocate sunt tribus ab eo quod in principio Romani trifarie fuerunt a Romulo dispertiti: in senatoribus, militibus et plebibus. Que tamen tribus, nunc multiplicate, nomen pristinum retinent». Verba sunt Ysidori. Unde tributim, id est per tribus.

TRIBUTUM est quod per regiones solvitur. Vectigal dicitur stipendium quod datur dominis quando per patrias vehuntur. «Vel tributum dicitur quod domi solvitur, vectigal autem quod ad domum domini vehitur». Ita dicitur in glosa ad Romanos xiii (6). Et dicitur tributum a tribuo, is. Vel secundum Ysidorum dicitur tributum a tribu. Unde dicit in xvi (18,7) Ethimologiarum ubi agit de auro, «Tributa dicuntur eo quod antea per singulas tribus exigebantur, sicuti nunc per singula territoria. Sic autem in tres partes divisum fuisse populum romanum constat, ut qui preerant in singulis partibus tribuni dicerentur, unde et sumptus, quos dabant populi, tributa nominarunt».

TRICARE dicitur tricam agere. Verbum est pertinens ad mulieres, que tricant crines suos, quos in tres partes divisos complicant et involvunt. Et huiusmodi involutio trica dicitur quasi tria capiens, id est tres partes crinium. Et inde dicitur trico, cas. Unde Ecclesiastici xxxii c (15), «hora sur-

TRIBUS 1 progenies et dicitur D 6 militibus] milibus B; nunc] non B 6-7 multiplicitate C 8 tributum A; per] pro A

TRIBUTUM 1 solvunt BCD; vectigal autem dicitur B 2 quod] quo C; dominis] dicimus D 8 sicut C 9 sic autem] fit et B 12 nominaverunt D

In marg. fol. 193 add. D: a tero dicitur trica ce id est deceptio et trica id est meretrix et trica id est impedimentum et trica id est mora et trica id est radix et trica dicitur capillarum unde trico cas decipere vel impedire vel demorari et cristas capillorum facere

TRICARE 2-3 divisos subtiliter complicant BC 3 huius D 3-4 dicitur om. C

- gendi non te trices», id est «non sis piger vel non facias moram in componendo capillos tuos sicut mulieres faciunt vel non sis mollis et effeminatus quando debes strenue operari» (*Glossa Ord. Interl.*), Littera antiquorum librorum est
- 10 «Non te tristes», id est non sis tristis, et illam exponit Rabanus (*Comment. in Eccli.*, PL 109,996). Unde dicit glosa, «Ammonet ne simus tristes vel tardi in disciplina et meditatione sapientie». Per hoc quod dicit «ne simus tristes» exponit quod dicit «non te tristes», per hoc quod dicit «vel
- 15 tardi» videtur innuere quod alia sit littera «non te trices». Quod autem quidam dicunt quod «te trices» ibi sit una dictio et tetrico, cas dicitur a Tetrico, monte Sabinie, in nullo scripto autentico recolo me legisse. Licet enim Ysidorus dicat in x (266) Ethimologiarum quod «Tetricus mons est in
- 20 Sabinia asperrimus. Unde et tristes homines tetricos dicimus». Non proprie hoc dixit sed per appropriationem. Nec credo quod a Tetricus dicatur tetrico, cas sicut nec a Parnasus dicitur parnaso, sas nec ab Elicon elicono, nas et sic de aliis montibus. Huguicio (*s. v.* Tero) dicit quod trica, trice
- 25 dicitur «deceptio, meretrix, impedimentum, mora, radix. Et trica dicitur capillorum. Unde trico, cas dicitur decipere, impedire, demorari . . . et tricas capillorum facere».

TRICLINIUM «cenaculum a tribus lectulis discumbentium dictum. Apud veteres enim in loco ubi convivii apparatus exponebatur tres lectuli strati erant in quibus discumbentes epulabantur. Clinon enim grece lectus vel accubitus dicitur

6 vel *om.* C 8 et] vel etiam A 13 hoc scilicet quod B 14 exponitur C; dicit *primum*] dicitur B 16 ibi *om.* D 18 non recolo A; enim] autem B 20 tristes] tristos C 22 Tetricus] tetricos AB; sicut] sic D 22-23 parnosus D

TRICLINIUM 2 convii D 4 clinon] elyon A, elinon BC; quod enim A *In marg. add.* D: triclinium id est domus trina sessione convivantium ordinata solebant enim antiqui in clinis id est in lectis comedere et tres lectos id est tres ordines lectores lectorum disponere in quorum uno comedebant dominus et domina in secundo familia in tertio hospites et talis domus dicebatur triclinium

5 ex quo confectum est ut triclinium diceretur», quasi dicere-
tur a tris, quod est tres, et clinon componitur triclinium.
Ita exponit Ysidorus Ethimologiarum xv (3,8).

TRIDENS, tis componitur a tris, quod est tres, et dens, tis
quasi tres habens dentes. Et est masculini generis. Est autem
nomen equivocum, invenitur enim pro creagra sive pro fu-
scinula Numerorum iiii c (14) sed pro rusticano instru-
5 mento, sicut est furca ferrea cum tribus dentibus, ponitur i
Regum xiii g (21). Item, sicut dicit Hugutio (*s. v. Tris*),
hic tridens dicitur vas tres pinnae quasi tres dentes habens.
Unde Persius (3,100-1),

10 Sed tremor inter vina subit calidumque tridentem
Excudit e manibus.

Tamen plures libri habent ibi trientem, id est morsellum
tribus nummis emptum.

TRIERIS «dicitur navis magna quam Greci dulconem vo-
cant». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix a (1,10). Dici-
tur autem trieris quasi tres habens ordines remorum. Unde
dicit Alexander Nequam (*fol. 119, 7*),

5 Triplex remorum trieres movet et iuvat ordo.
Et dicitur hec trieris.

TRIREMIS dicitur navis que habet tres ordines remorum.
Et declinatur hic et hec triremis et hoc me. Unde dicit Ysi-
dorus Ethimologiarum xix (1,23), «Biremes naves sunt ha-
bentes remorum ordinem geminum. Triremes et quadriremes
5 trium et iiii ordinum». Triremis producit hanc sillabam re.
Unde Oratius in prima Epistula (1, 1,92-3),

TRIDENS 2 est *primum om.* B; autem] enim C 3 creagra B 3-4 fi-
scinula C 11 tridentem C

TRIERIS 5 movet et *om.* D 6 hec] hic B

In marg. fol. 193^v add. D: trifaucis tria guttura habens

TRIREMIS 2 dicit *om.* B

conducto navigio eque
Nauseat ac locuples, quem ducit priva triremis.

TRIMUS, ma, mum, id est trium annorum, componitur a tris, quod est tres, et annus. Unde trimus dicitur quasi terannus. Et inde trimatus, tus, tui, id est spatium trium annorum.

TRISTEGUM, gi dicitur locus tricameratus. Unde in edificatione arce (*Gn.* 6,16) ubi nos dicimus «cenacula et tristega facies in ea» habet alia translatio «'bicamerata et tricamerata'. Habuit enim quinque cameras quas Augustinus etiam preter
5 sentinam dicit ibi fuisse». De quibus in Historiis (1083) plene invenies. Et dicitur tristegum «a tribus tecturis», sicut dicit Hugutio (*s.v.* Tris). Tamen Magister dicit in Historiis (1083), «Tristega, id est distinctiones, dicta a trica». Et sunt quidam qui asserunt tristegum habere mediam correptam
10 quia componitur a tris et tego, gis sed Magister Bene (*Paris. Lat. Nouv. Acq.* 353, fol. 48) dicit quod tantum producit. Sicut enim tegula, ratione huius preteriti texi, cuius prima naturaliter producit, primam habet productam et similiter regula, ratione huius preteriti rexi, eodem modo et triste-
15 gum debet mediam producere. Unde in Doctrinali (2025),

e g corripimus, sed abest tristega Cetegus.

Cetegus proprium nomen est. Item potest dici quod non componitur a tris et tego sed a tris, quod est tria, et tectum, ti. Unde dicitur tristegum quasi triplex tectum et tristega quasi

7 conducto nauseat (nauseatus AD) eque navigio (navigo C) O; eque id est equaliter B 8 locuplex B; que AB; prima ACD (id est privata CD); triremis id est navis D

TRIMUS 2 annus anni B; unde . . . dicitur *om.* B 3 inde hic trimatus B

TRISTEGUM 3 alia littera vel translatio B 6 sicut] sic D 9 quidam dicunt qui et asserunt A 11 Post producit *add.* A: bene est nomen proprium cuiusdam magistri 12 enim *om.* C; tegula] regula ABC; regula est ratione B; texi] texti B 14 regula rexi ratione B; rexi] texi AC 16 e super g A 17 cetegus . . . est *in marg.* CD

20 tria tecta. Et sic semper producitur media sillaba, et ita sentio.

TRISTIS dicitur quasi tritus stans. Ethimologia est, non compositio.

TRITICUM «a tritura dictum quod purissimum horreo con-
datur vel quia granum eius commolitur et teritur». Ita dicit
Ysidorus Ethimologiarum xvii (3,4). Et inde triticeus, a, um.

TRITURA, re dicitur messis a tero, teris quia teritur in area.
Unde tritura quasi trita area.

TRITURO, ras, id est trituram facere, dicitur a tritura et
propter hoc producit hanc sillabam tu. Unde quidam,

Bos bene triturat nec haberi stipendia curat.

Item in fine Anticlaudiani (*Dis.* ix, 89) dicitur,

5 Deiectamque solo pedibus triturat equinis. -

Nec est verbum meditativum veniens ab ultimo supino huius
verbi tero, teris, sicut quidam simplices putant dicentes quod
a tritu, addita ro et correpta ista sillaba tu, formatur trituro,
trituras media correpta, quod falsum est. Dicit enim Priscia-
10 nus (viii, 74) quod omnia verba meditative forme sunt quarte
coniugationis, sicut omnia inchoativa sunt tertie. Alexander
Nequam (*fol.* 122,8),

Triturat populos princeps si conterit ipsos.

TRIUMPHUS dicitur plena et perfecta victoria, quando sci-
licet quis perfecte hostes superat, sicut tropheum quando
solum eos fugat. Et dicitur «triumphus a triambes grece, id
est ab exultatione. Plene enim victorie triumphus debetur,

20 ita] sic C

TRITICUM 3 triceus C

TRITURO 4 item *om.* B; fine autem B 5 de ictis que A, diectumque B,
dieictisque D 7 teris *om.* C 11 sicut] sic C 13 conterat B

5 tropheum semiplene . . . Hec autem omnia nomina scriptores confundunt. Hic triumphus latine potius appellatur eo quod qui triumphans urbem ingrediebatur triplici indicio honorabatur: nam primum de triumpho duci concedendo exercitum iudicare solitum erat, secundo senatum, tertio
 10 populum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii a (2,3). Secundum Huguitionem (s. v. Tris) triumphus dicitur a tris, quod est tres, et phonos, quod est sonus, quasi trium sonus, scilicet triplex letitia que fit alicui post victoriam revertenti. Solebat enim totus populus exire obviam victori cum exulta-
 15 tione, et hec erat una letitia. Item omnes captivi, ligatis post terga manibus, sequebantur currum eius et hec erat secunda letitia. «Tertia letitia erat quod ipse indutus tunica Iovis sedebat in curru, quem trahebant iiii equi albi, et cum tanto honore ducebatur ad capitolium. Hanc tamen habebat mo-
 20 lestiam quia ponebatur quidam servus una cum eo in curru et semper colaphizabat circumstantem, ne ipse nimis superbiret et ut daretur spes unicuique, quantumcumque vilis condicionis esset, perveniendi ad similem honorem si sua probitas promereretur, et dicebat semper ei 'noti', id est co-
 25 gnosce te ipsum».

TRONUS proprie solium regni est, qui latine sedes dicitur. Est autem «tronus in quo reges sedent propter tutelam corporis sui. Troni sunt agmina angelorum» qui latino eloquio sedes dicuntur et vocati troni quia «in illis conditor presidet et
 5 per eos sua iudicia disponit». Ita scribitur in Papia. Patet ergo quod tronus in singulari dicitur solium vel sedes regia, troni pluraliter pro quodam ordine angelorum.

TRIUMPHUS 5 tropheum *om.* A 5-6 hec . . . latine *om.* A 5 autem *om.* B; omnia *om.* C 6 hic] vel BC; potius] potentia B 7 qui] quando C 10 xiii C 11 huguitionem autem triumphus B 12 trium] trinus C; sonans C 13 fit] fiebat BC 16 tergum B 17 quod] quia C 21 nimis *om.* A 22 spes] species C; quantumque ABC 23 consimilem B 24 semper] super A

TRONUS 4 et *primum om.* A 5 disponi C 6 sedes regia] regium C

TROPHEUM est cum quis hostes in fugam convertit et non plene devincit, sicut supra dictum est ubi exponitur triumphus. Unde dicitur tropheum a tropos, quod est conversio, id est a conversione hostium in fugam. Et ponitur simpliciter
5 pro victoria.

TRUCIDARE dicitur interficere, iugulare, secare, quasi cede truncare vel cedendo truncare, vel melius trucidare dicitur quasi truncatum cedere. Et ubique producit hanc sillabam ci. Unde Virgilius Eneidos xi (xii, 577),

5 Discurrunt alii ad portas primosque trucidant.

Item Oratius in Poetria (185),

Ne pueros coram populo Medea trucidet.

TRULLA, le est instrumentum cementariorum ad complanandum murum. Et dicitur a trudo, dis, quod est impellere, impingere, in custodia includere. Et dicitur trulla a trudendo eo quod trudit et detrudit lapides calce vel luto. Sed in iii
5 Regum vii g (40) ubi enumerantur utensilia altaris eneï que fecit Hiram «Iosephus addit 'et trullas'». Et dicit Magister in Historiis (1365) quod «forte trulle erant ad congregandos cineres vel eruendos vel ad verrendum pavementum». Item trulla dicitur turpis sibilus inferioris partis hominis quia tru-
10 dendo emittitur. Item trulla dicitur quoddam vas fictile. Oratius (*Serm.* II, 3, 143-4),

festis potare diebus

Campana solitus trulla.

TUBA LEGALIS, de qua agitur Numerorum x (6), «erat, ut dicit Iosephus, fistula cantatoria, pene magnitudine cubiti, calamo capacior, prebens in principio latitudinem que conveniebat ori ad susceptionem spiritus, que hebraice dicitur

TROPHEUM 1 non] nota A 2 devicit B

TRUCIDARE 4 Eneidos] eth B

TRULLA 3 truella D 6 addidit B 7 truelle D; congregando D 8 ver-
tendum ACD 9 parte AB, porte D 12 portare BC

5 asora», et sicut dicitur in Historiis (1223), «iiii usus habebat: ad convocandam multitudinem, ad movenda castra, ad bella, ad festa . . . Quando enim habebant sollempne epulum et dies festos et kalendas clangebant». Unde in Psalmo (80,4), «bucinate in neomenia tuba». Et dicitur tuba a tonando quia
 10 fortiter sonat. Quatuor usus tube possunt haberi per hos versus,

Legalis populum tuba cum clangore vocabat,
 In bellis, castris, festisque sonora tonabat.

TUBIANEI dicebantur Iudei illi «qui ex alienigenis convocati in auxilium Iude venerant, et dicebantur Tubianei quasi tubis conducti». Ita exponit glosa ii Machabeorum xii c (17).

TUEOR, tueris, tutus sum, tueri dicitur «inspicere vel defendere vel protegere. Unde hec tutela dicitur defensio . . . et tutor, taris verbum frequentativum», id est frequenter defendere. «Unde hoc tutamen et hoc tutamentum». Et
 5 dicit Hugutio quod tueor dicitur a tuor, tueris, tuitus sum, tueri, quod est inspicere, defendere, et, sicut ipse testatur, deberet tuor facere infinitivum tui, «sed causa differentie ad pronomen tui deficit et accipit mutuo tueri». Item dicit quod «tuor raro invenitur pro defendere et sepius pro inspi-
 10 cere, econverso tueor raro invenitur pro inspicere et sepe pro defendere, sed composita raro vel numquam inveniuntur nisi pro videre». Secundum Priscianum (VIII, 95) idem significant tuor et tueor, dicit enim ubi agit de coniugatione, «Sunt et alia que, quamvis eandem significationem habeant, diverse

TUBA LEGALIS 5 asdra AB 8 festus C

TUBIANEI 2 axilium D; tibianei B; quasi] quod D 3 ii om. B; c] g C, om. B; post xii c add. B; unde et i mach v (13) legitur omnes fratres nostri qui erant in locis tubin interfecti sunt unde quidam dicunt tubianeos a tubin nuncupatos

TUEOR 5 tutus C 7 tuor] tueor D 8 Post tueri add. in textu C, sub fine expositionis B, in marg. A: (versus in Doctrinali [945] C) dat tueor tutum (tutum tueor A) tuitum tuor ambo tueri 10 econverso . . . inspicere om. A; econverso] econtrario B, econtra D 13 agit om. B 14 diversus C

15 sunt tamen coniugationis in usu, ut denso densas et denseo ses, strideo des et strido dis, ferveo ves et fervo vis, cieo es et cio cis, dureo res et duro ras, tueor eris et tuor eris» etc.

TUGURIUM «casula est quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegimen sui quasi tegurium sive propter ardorem solis et radios declinandos sive ut inde vel homines vel bestiolas, que natis frugibus insidiari solent, abigant. Hanc rustici
5 campanam vocant quia unum tantum capiat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (12,2). Accipitur tamen tugurium pro cellula parva et casa pauperis, a tegendo dictum.

TUMULTUS a tumeo, es dicitur seditio, coniuratio, diversorum garritus. Et dicitur tumultus quasi tumor multus. Et inde tumultuor, aris tumultum facere.

TUMULUS a tumeo, tumes dicitur mons brevis vel sepulchrum vel terra congesta. Et dicitur tumulus quasi tumens tellus. Versus,

Mons brevis est tumulus, bustum congestaque tellus.

5 Et a tumulus pro sepulcro dicitur tumulo, las, id est sepelire.

TUNDO, dis dicitur percutere, verberare, concidere, confringere, cedere. Et sicut dicit Priscianus (x, 25, et 27) facit preteritum tutudi et supinum tunsum. Unde tunsus, sa, sum. Virgilius in iiii (267) Georgicorum,

5 Profuit et galle tunsum admiscere saporem.

Idem in i (261-2) eorundem,

durum procudit arator

Vomeris obtunsi dentem etc.

Et dicit Hugutio quod tundo «geminat primam sillabam in

TUGURIUM 2 regimen A 3 declinantes C, declinando D; bestias B
5 cumpanim C; quia] quod D

TUMULTUS 3 tumulor laris ABD

TUMULUS 1 tumultus C

TUNDO 5 et] in D 6 eorundem] eneidos D 7 durum] dicuntur D;
proscindit C

10 preterito et amittit ibi n». Sed omnia ab eo «composita amittunt geminationem in preterito et n in supino, ut contudi contusum», retudi retusum. In sacra autem scriptura invenitur retunsus, sa, sum et multa alia contraria.

TUNICA «vestis antiquissima appellata quia in motu incedentis sonum facit, tonus enim sonus est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (22,6) quasi diceret tunica dicitur quasi tonica a tonos, quod est sonus. «Primum autem fuere pel-
5 licee, quibus post offensam et eiectionem de paradiso Adam et Eva induti sunt».

TURBIDUS, da, dum quasi terbidus, id est terra commixtus, scilicet fece. Turbidus autem et turbulentus differunt, nam turbidus est ex natura, turbulentus extra naturam. Totum scribitur in Papia.

TURBO «est volubilitas ventorum. Et dicitur turbo a terra quia quotiens ventus consurgit terram in circuitu mittit». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xiii (11,19) ubi agit de ventis. Versus de Grecismo (IX, 24-5),

5 Impetus est venti turbo, si turbinis addas;
 Turbo, Turbonis proprium ratione fruētis,

id est proprium nomen viri.

TURGEO, «ges, si, sum, id est inflari, tumere. Unde . . . turgidus, da, dum, id est inflatus, tumidus, iratus . . . et turgesco, turgescis inchoativum». Ita dicit Hugutio.

THURIBULUM est vas ad thurificandum aptum et dicitur a thure. Quod autem dicitur thuribulum quasi thuris bo-

10 n om. AB 13 sa sum om. B

TUNICA 2 sonum] tonum AD 5 de] a C

TURBIDUS 1 dum quasi] dum dicitur quod B; terbidus] turbidus AC
2 fece] fere C; turbidum A; turbulentum A, turbilentus D 3 tur-
bidum A; turbidus autem est AC

TURBO 2 consursit C 7 id est om. ABD; viri est A

THURIBULUM 1 dicitur om. D

los, id est morsellos, cremans, ethimologia est, non compositio.

TURTUR avis est a sono nomen habens. Unde Ysidorus Ethimologiarum xii (7,60) sic ait, «Turtur de voce vocatur, avis pudica et semper in montium iugis et in desertis solitudinibus commorans. Tecta enim hominum et conversationem
5 fugit et commoratur in silvis. Cui econtrario columba humana diligit, domorum semper blanda habitatrix».

TURRIS dicitur a teres, teretis, quod est longum et rotundum. Unde Ysidorus Ethimologiarum xv (2,19) ubi agit de edificiis publicis sic ait, «Turres vocate quod teretes sint et longe, teres enim est aliquid rotundum cum proceritate, ut
5 columpna. Nam et quamvis quadrate aut late construantur, procul tamen videntibus rotunde existimantur ideo quia uniuscuiusque anguli simulacrum per longum aeris spatium evanescit atque consumitur et rotundum videtur». Vel dicitur a terrendo quasi terris. Unde versus (*Grec.* x, 139),

10 Turris nomen habet quoniam contraria terret.

TURRIS GREGIS sic exponitur in Historiis (1223) super Genesis xv f (35,21), «Hunc locum dicunt Hebrei ubi post edificatum est templum et dictum quasi quodam vaticinio 'turrim gregis', id est congregationis future ad templum, sed
5 Ieronimus dicit esse locum iuxta Bethleem ubi angelorum grex in ortu domini cecinit vel Iacob greges suos pavit nomen inde loco relinquens».

3 morcellos C; est et non D; compositio et debet scribi thuribulum per unum r C

TURTUR 5 cui] igitur C

TURRIS 1 longum] lignum A 2 xiiii A 3 quod] sunt quia B 5 quadrate aut rotunde aut A 6 tamen om. C; estimantur AC; ideo quia] ideoque A, ideo scilicet quia B 8 consumitur om. B

TURRIS GREGIS 2 xvi D; dicunt] exponunt B; hebrei esse dicentes ubi B 3 vaticino D 4 gregis] girgis C 6 ortum AC; ortu domini] ortudium D

TURRIS CUSTODUM dicebatur ubi custodes positi erant ad custodiam provinciarum.

THUS est nomen arboris et gummi inde defluentis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (8,2-3) ubi agit de arboribus aromaticis, «Thus est arbor Arabie immensa atque ramosa, lenissimi corticis, ramis ad aceris qualitatem, amigdale modo
 5 succum aromaticum fundens album et masticatione veluti in pulverem resolutum . . . intus pingue» supple est thus «et igni appositum facile ardescens. Et appellatur apud nos masculus eo quod sit natura rotundus ad modum testiculo-
 rum. Reliquum planum et plene scabrosum, minus optimum.
 10 Adulteratur autem ammixta resina sive gummi, sed dignoscitur sua proprietate. Nam thus igni impositum ardescit, resina fumescit, gummi vero liquescit calefactum. Thus autem a tundendo dictum. Hoc et libanum vocatum a Libano monte Arabie ubi Sabei sunt. Nam mons eorum Libanus
 15 dicitur ubi thura colliguntur». Et nota secundum Hugui- tionem (s. v. Theos) quod thus dicitur a theos, quod est deus, «quia in sacrificiis deorum adoletur et sacrificatur». Et se-
 cundum hoc habet aspirationem. Vel dicitur a tundo, dis quia habile est ad tundendum et sepe tunditur, et secundum
 20 hoc caret aspiratione et scribitur tus sine h.

THUS 1 fluentis D 3 aromaticis dicit sic B 3-4 atque . . . ramis *om.* D 4 amigdale *om.* B; modo] vero C 6 in *om.* ACD; supple *om.* C 7 ignis D 8 rotundum ABD 9 plene] plane B; scabrosum ABD 10 autem] enim C 11 appositum AD; exardescit B 12 resina vero fumescit sed gummi liquescit B 15 nota] notandum B 19 quia] quod AC 20 tus] thus D

V & U

VACILLARE dicitur titubare, instabilem esse, tremulare, labare. Et dicitur a vaco, cas quod est vacuum esse vel fieri. Item vacare dicitur intendere vel insistere, ut «iste vacat lectioni». Unde vacat impersonale, id est vacuum est vel
 5 libet vel oportuno est, et inde dicitur hec Vacuna, id est dea vacationis et otii. Unde Oratius (*Ep.* 1, 10, 49),

Hec tibi dictabam post templum putre Vacune.

A vacillare dicitur vacillans participium, id est titubans, instabilis, tremulus, hesitans et inconstans.

VADO, «vadis, vasi, dere, sum, id est pergere, ... neutrum est cum omnibus suis compositis preter invado, quod est activum, et omnia faciunt preteritum in si et supinum in sum». Ita dicit Hugutio et etiam Priscianus (?) declinat vado, dis,
 5 vasi.

VADUM, di est locus brevis et humilis in aqua per quem homines et iumenta pedibus vadunt. Unde dicitur a vado, dis quia facilis est ad vadendum. Et inde dicitur vado, vadas per vadum transire vel per vadum ducere, ut vado equum,
 5 id est duco per vadum. Versus,

Te vado duco, vado vado transeo, trans vada vado.

In marg. fol. 195^v add. D: vaco cas ui tum id est esse vel fieri vacuum et licet videatur ad alias significationes transferri tamen omnes redolent illam dicitur enim vaco lectioni do operam lectioni vaco a lectione id est cesso a lectione vaco nummis id est careo nummis sed omnes iste significationes redolent primam cum enim dicitur vaco lectioni idem est ac si diceretur vaco ab aliis rebus et insisto lectioni

VACILLARE 1 instabile D 4 lectionem C; vacuum est] vanum est vel vacuum A, vacuum esse C 5 optimum A 7 dicabam C 8 id est om. D

VADUM 2 vadunt et ibi adagantur animalia unde et dicitur B 3 facilius D 4 ut] unde BC 6 vado vado] vada C

VAGARI dicitur spatari, errare huc et illuc, discurrere. Unde vagus et vagabundus. Quod autem dicitur vagari quasi a via agi vel quasi varie agi ethimologia est.

VAGIO, gis, gii vel givi, re dicitur flere, plangere, plorare et proprium est infantium in cunis adhuc existentium. Unde vagiens participium, id est plorans, et hic vagitus, tus, tui, id est clamor vel fletus infantium.

VAGINA quasi bagina a baiulando dicitur eo «quod in ea mucro vel gladius baiuletur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xviii (9,2) ubi agit de pharetra, et producit penultimam. Unde Ovidius Methamorphoseon x c (475),

5 Pendenti nitidum vagina diripit ensem.

VA[T]H quandoque significat gaudium et est interiectio gaudientis, ut Isaie xliiii (16), «Va[t]h, calefactus sum», etc. Quandoque notat derisionem et est interiectio deridentis, ut Matthei xxvii (40), «Va[t]h, qui destruis templum dei» etc.

5 Versus quos ponit Grecismus (xxiv, 40-7) de significationibus diversarum interiectionum,

10 O stupet, applaudit euge, sed ridet ahaha,
Hem dedignatur, aha approbat, eoehe clamat,
Sistque silere monet, io laudat teste Nasone:
'Dicite io Pean et io bis dicite Pean',
Ha ha ha conqueritur, ha vagit, vituperat proth,
Va[t]h quoque deridet, pape miratur et ohe,
O utinam gliscit, sed io festinat et hari,
Evax letatur, heu tristatur, timet attath.

VAGIO 2 proprie A

In marg. fol. 196 add. D: a vagor aris vagabundus a um et vagus a um et comparatur unde vagitus tis et vagulus a um id est aliquantulum vagus unde hec vagula le dicitur iuvencula que vagatur per campum et hic vagalus id est anulus qui vagatur in digito

VATH 2 ut] in B 3 ut] unde C, om. B 4 templi C 7 obstupet B 8 hem] heu B; ehoe C; post clamat add. C: vide supra ubi exponitur eoge et teste persio probabis quod hic est falsus versus 9 io] lo B 11 vadit B; vituperat om. A; proth ve trope A; proth ve tprot D 12 vath] valet A, vah C; ridet A 13 sed] si C

VALE, valete, valetō, valetote verbum defectivum est perti-
nens ad salutationem. Versus de Grecismo (xvi, 1-2),

Dicit ave veniens tibi iure valeque recedens,
Hoc verbum salve comprehendit aveque valeque.

VALEO, les, lui, lere, litum dicitur «vigere, sanum esse et
posse. Item pretium denotat, ut 'iste equus valet c libras'.
Item valere dicitur perire, infirmari . . . Unde valitudo quan-
doque ponitur pro infirmitate . . . Unde valitudinarius, a, um
5 qui sepe infirmatur». Ita dicit Hugutio. Quandoque valitudo
dicitur firmitas vel vigor. Grecismus (x, 272),

Infirmi tibi sit valitudo, sit quoque firmi.

Dicitur a valeo dissimilique modo sed secundum diversas si-
gnificationes. Item a valeo valenter, id est potenter, fortiter.
10 «Item a valeo dicitur hic vallus, id est palus» et dicitur vallus
quasi validus. «Unde hoc vallum dicitur concathenatura que
fit de palis super aggerem . . . Et inde vallo, las, quod est cir-
cumdare, circumsepere, et proprie vallo vel vallis». Ita dicit
Hugutio, sed Ysidorus Ethimologiarum xv (9,2) ubi agit
15 de munitionibus dicit sic, «Vallum est quod mole terre eri-
gitur, ut custodia pretendatur. Dictum autem vallum a vallis,
nam valli fustes sunt, quibus vallum munitur. Et valli dicti
eo quod figantur et vellantur». Versus de Grecismo (xii,
202-3),

20 Est vallus palus circa turrim preacutus,
Mutua vallorum connexio sit tibi vallum.

Item a vallando dicitur vallis eo quod sit vallata montibus.

VALLIS SALINARUM dicebatur quia ibi erant putei salis.

VALE 2 de Grecismo *om.* C 3 tibi] de BC 4 salus AD; comprehen-
dit BC

VALEO 5 firmatur C 6 item grecismus A 7 quoque] tibi B 8 sed]
scilicet C 9 potenter et fortiter A 12 quod] id BD 12-13 cir-
cumdare *om.* C 13 vallo] valle B; ita *om.* D 15 minitionibus A
18 fingantur C; vellantur] velantur A, valantur D, evellantur vel
vallantur secundum alios C 22 vallendo D

VALVA, ve, id est hostium, dicitur a volvo, volvis et, sicut dicit Hugutio (s. v. Volvo), «valve proprie sunt que intus revolvuntur et sunt duplices».

VAPOR, id est calor, dicitur a vapore, ras, quod est calefacere, urere vel vaporem emittere vel vaporando emittere.

VAPULO, las, id est verberare, verbum est neutrum passivum. Habet enim vocem activum et sensum passivi et significat passionem ab alio illatam et construitur cum ablativo interposita a vel ab prepositione, ut «vapulo a te» vel «ab
5 Herode». Versus (*Doctr.* 978-9),

Exulo, vapulo, veneo, fio, iiii ista
Sensum passivi sub voce gerunt aliena.

VAS, vadis dicitur obses vel fideiussor. Et dicitur a vado, dis quia dato vade licet abire et vadere. Versus,

Obside sive vade posito prius ad tua vade.

Unde hoc vadium et hoc vadimonium dicitur pignus vel
5 fideiussio. Et est vas, vadis masculini generis.

VAS, vasis neutri generis a vescendo dicitur. Unde Ysidorus

In marg. fol. 196 add. D: valeo id est perire vel infirmari unde oratus valeat res ludicra id est pereat et terentius valeant qui inter nos discidia querunt id est pereant et huius causa est quoniam verbum defectivum pertinens ad salutationem in recessu scilicet vale valete solebat dici olim mortuis post peractam sepulturam ab inimicis quod erat signum quod non debebant eos amplius videre

VALVA 1 vej live B; id est *om.* A; et *om.* C

In marg. fol. 196^v add. D: vapor ris unde vaporus ra rum et vaporeus a um et vaporosus sa sum id est calidus et hec vapa pe id est vile vinum quod ex fece exprimitur vel ex vinato cum aqua et est fere nullius saporis unde vapa pe sepe dicitur insipiditas item vapa ardelio prodigus superfluius qui insipide et indiscrete dispergit res suas unde vapidus da dum id est insipidus et sine sapore et comparatur unde hec vapiditas id est insipiditas

VAPULO 2 activi D 4 vel *alterum*] et C 7 *Post aliena add.* C: vide supra ubi agitur de exulo

VAS, VADIS 1 obses obsidis B

VAS, VASIS 1 dicitur *om.* B

Ethimologiarum xx (4,1) ubi agit de vasis escariis sic ait,
 «Vasa quasi vesca a vescendo dicuntur eo quod in eis esce
 apponantur. Cuius diminutivum vascula quasi vescula. Ficti-
 5 lia dicta eo quod fiant et fingantur ex terra. Fingere enim est
 formare, facere, plasmare. Unde et figuli dicuntur». Et est
 vas etheroclitum in declinatione.

VAS FICTILE «dicitur ficticium, non illud in quo mendacium
 est, sed quod formatur ut sit et habeat aliquam formam». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (4,2).

VASA BELLI dicuntur arma. Unde versus,

Dic belli vasa que bellum postulat arma.

VASA PAPIRIA dicuntur de papiro facta. Vide supra ubi ex-
 ponitur papirus. Sed Isaie xviii a (2) exponit glosa «'in vasis
 papiris', id est navibus de papiris que tante sunt magnitu-
 dinis secundum Historiam Alexandri ut naves fiant ex eis,
 5 vel cartis de papiro factis quas per legatos mittebant, vel in-
 diculorum capsulis de papiro factis». Indiculos appellat
 glosa nuntios quasi parvos indices, ab indicando dictos, quo-
 rum pixides appellat capsulas, nam capsula a capiendo dicitur,
 cista ubi aliquid reponitur, et inde capsula diminutivum. Item
 10 alia glosa dicit Isaie xviii a (2) «recte vasa papiri, id est car-
 tacia, portare dicuntur super aquas que cito delentur. Libri
 enim vicino humore obscurantur et delentur».

VASA PASTORIS appellat glosa Zacharie xi f (15) «peram et
 baculum, fistulam et sibilum». Et omnia ista exposita sunt

4 diminutivum est vascula A 4-5 fictilia vescula fictilia AD 7 vas
 vasis B

VAS FICTILE 1 dicitur *om.* C; vas ficticium A, fictum BC; in quo]
 quod C 2 quod *om.* D; habet A 3 *Post xx add.* C: ubi agit de
 vasis escariis in principio

VASA PAPIRIA 2 a *om.* C 3 in navibus A 6 carpsulis D 8 pixides vel
 pixidas B; dicta est A 9 capsula C 10 tecte B; papiris ABC 10-
 11 cartana A 12 et] id est A

VASA PASTORIS 1 f] scilicet C 2 baculum et fistulam B; et] sed B

supra in locis suis preter sibilum, quod est instrumentum parvum latum et tenue et artificialiter perforatum quod ad
 5 modum sibili reddit sonum cum arsi et thesi, id est cum ascensu et descensu vel cum elevatione et depressione.

VATICINARI verbum est deponens, id est divinare vel prophetare. Unde vaticinium, id est prophetatio vel prophetia, et vaticinia dicuntur poetarum carmina. Et componitur vaticinari a vates et cano, nis, nam hic et hec vates dicitur
 5 sacerdos, poeta vel divinus. Poete dicebantur vates a vicio, vies, vievi, viere, vietum, quod est ligari vel vincire, eo quod metra sua mensuris pedum et sillabarum ligabant vel vinciebant. Vates autem dicebantur sacerdotes et divini a vimentis vel a video, des quia futura videbant. Vel componitur
 10 vates a vas, vasis et theos, quod est deus quasi vas dei vel vas divinum. Unde sacerdos dicitur vates quia continet dominum per sanctimoniam. Item divini et prophete dicuntur vates quia continere videntur deum per futurorum prescientiam.

UBER, uberis, neutri generis, dicitur mamma. Et dicitur uber ab uva eo quod uvidum sit, id est humidum humore lactis in modum uvarum. Unde uber, id est fertilis et fecundus, et est communis generis iuxta regulam Prisciani (v, 16) qua
 5 dicitur quod nomina adiectiva in er terminantia, si non faciunt in is feminina, ut celer celeris, necessario communia sunt, ut uber, degener. Unde hec ubertas, id est abundantia et fertilitas et ubero, ras, id est abundare, quod componitur exubero, exuberans, id est valde abundare vel superabundare
 10 vel superexcrecere.

5 thesi] resi B

VATICINARI 1 id est] dicitur BC, *om.* D 6 vel] et B 7 pedum suorum et A; vel] seu BC 9 vel] et B 11 vates *om.* C 14 scientiam B
 UBER 2 eo quod] quia C; id est] et B 3 id est *om.* A 4 communis] omnis A; iuxta] et secundum A 7 ubertas] uber C 10 superexcrecere] superexcrecere C; excrecere D

VECORS, dis dicitur demens vel furiosus quasi ve habens in corde. Et est omnis generis, sicut excors et secors, que idem significant.

VECTIGAL a veho, his dicitur et est supra expositum ubi exponitur tributum. Unde hic et hec vectigalis et hoc le dicitur ad vectigal pertinens. Item vectigales dicuntur vectigal solventes.

VECTIS a veho, vehis dicitur illud ferrum quod in firmatura hostii vehitur huc et illuc causa serandi vel reserandi. Item vectis dicitur manica, id est cathena manuum. Unde Ysidorus Ethimologiarum v (27,17) ubi agit de penis, «Vectes dicti
5 quia manibus vectentur». Item vectis dicitur diabolus Isaie xxvii a (1) quia durus est, fortis et rigidus et inflexibilis ad modum vectis, et ubi nos dicimus «serpentem vectem» lxx dicunt fugitivum, alii claudentem eo quod in carcere suo multos clauserit.

VEGETO, tas dicitur «vivificare, sustentare, regere, aliquam vim et validitatem conferre». Et dicitur a vegetus, ta, tum, quod est fortis, adultus, vividus, validus, firmus. Et dicitur vegetus a vigeo, ges, gui, gere, quod est vivere, vigorem ha-
5 bere vel esse in vigore, posse vivere, valere, roborari, et caret supino. Ita dicit Hugutio (s. v. Vigeo). Versus,

Hec tibi significat vegeto: rego, vivificoque,
Sustento, quandam vim confero, consolidoque.

VEHEMENS dicitur fortis quasi vehens mentem. Unde vehementer, id est fortiter, et hec vehementia, id est fortitudo. Et vehemens dicitur furiosus vel demens et tunc componitur

VECORS 1 dicitur vehemens demens A 2 et] quod B; sicut est excors B; quod B

VECTIS 1 quod in] quo BC 5 vectantur B 8 carcere] corde B 9 clausit A

VEGETO 3 invidus AD; validus et firmus A 4 vegetus ta tum B 7 hoc C 8 affero D

VEHEMENS 3 et *primum*] item BC; tunc *om.* C

a ve et habeo, habes et mens, tis, quasi ve habens in mente.
 5 Vel componitur a ve, quod est sine, et mens, «quasi sine mente» et inde dicitur vehementia, id est dementia. Ita dicit Huguitio (*s.v.* Memini).

VELAMEN OCULORUM exponitur multis modis Genesis xx g (16). In Historiis (1103) dicitur sic, «'Hoc erit tibi in velamen oculorum', . . . id est in memoriam verecundie, quod in mendacio deprehensa es. Unde subdit exponendo, et id est
 5 'quocumque perrexeris memento te deprehensam'. Vel elegans est irrisio 'hoc erit in velamen oculorum', id est in preparationem funeris, quasi diceret 'anus es et vicina funeri et mentita es et inde me decepisti; habe ergo hoc in expensas funeris', quod magnis expensis solebat fieri maxime a Iudeis
 10 vel 'ad pepla emenda ut tegas faciem ne ameris'. Hiis tribus modis exponitur ibi. Pecunia etiam dicitur velamen oculorum, unde Ecclesiastici xx g (31), «Exenia et dona excecant oculos iudicum», id est velant per concupiscentias. Andreas exponit sic, virum tuum vocasti fratrem sicut so-
 15 lent pudibunde mulieres, sed hec, id est urbanitas loquendi, est facta in velamen verecundie et sine periculo potest esse ad eos qui tecum sunt, qui sciunt quod uxor eius sis, sed non ad alios, et ne hoc presumas aliis simulare, quocumque perrexeris memento quod iam sis in hoc deprehensa.

VELLICO, cas frequentativum est huius verbi vello, lis, vel-li vel vulsi, vellere, vulsum, quod est eradicare, carpere. Item vellicare dicitur summatim et paulatim carpere. Unde vellicans.

4 ve habens] vehens C 5 mens] mens tis C

VELAMEN 1 exponitur] componitur A 3 id est] quasi B 4 et *om.* B
 7-9 quasi . . . funeris *om.* AD 7 es] est C 9 funeris *om.* B; quod]
 quia cum B, quia D 10 faciem tuam B 11 pecunia *om.* D; etiam]
 et D 13 concupiscentiam C 18 sis] sum A

VELLICO 2 vellere vel vulsum D; eradicare et carpere A

VELUM cortina, velum tectura vocatur (*Grec.* xi, 25-6)

Templi, tunc velo fore dicitur eius origo.

Et velum capitis, velamen sit monialis.

Est instrumentum magne navis quoque velum; (*Grec.* xi, 27-8)

5 Tunc non a velo sed sumitur a veho verbo.

Huguitio (s. v. Volo) autem dicit quod velum dicitur a volo, las quia velum «quasi ala volantis extenditur et navem volare facit. Unde volare et nare reciproca sunt», id est reciproce unum ponitur pro alio quia navis videtur habere alas
10 in remis et velis, avis etiam videtur habere quasi remos et vela in alis. Unde velox dicitur.

VELLUS, leris dicitur corium ovis vel arietis cum pilis. Et dicitur a vello, lis quia olim lane vellebantur et non tondabantur. Ipsa etiam lana vel flocculus lane dicitur vellus. Totum sumitur de Ysidoro (*Etym.* xix, 27,1).

VENA dicitur a venio, nis quia per eam sanguis venit. Vel dicitur vena a via quasi vena quia via est sanguinis. Unde Ysidorus *Ethimologiarum* xi (1,121), «Vene dicte sunt eo quod vie sunt natantis sanguinis atque rivi per corpus omne
5 divisi quibus universa membra irrigantur».

VENENUM dicitur a vena eo quod per venas vadit. Infusa enim pestis eius per venas, vegetatione corporis aucta, discurret et animam extinguit. Unde dicunt non posse venenum «nocere nisi hominis tetigerit sanguinem. Omne autem venenum frigidum est et ideo anima, que ignea est, fugit venenum» frigidum. Ita scribitur in Papia. Venenum compo-

VELUM 1 textura B 3 et] est D 6 exponit et dicit A; volo] velo C 7-8 navem quasi volare B 10 avis etiam] aut etiam AC, avis autem B, et avis D 11 in alis] malis A; unde et velox B

VELLUS 4 *Post* Ysidoro *add. in textu* AC, *in marg.* D: flocculus a flo flas dicitur parva massa lane vel nivis quia lana (levi C) flatu impellitur et inde hic flocculus diminutivum

VENA 2-4 unde . . . sanguinis *om.* C 4 quod] quia B

VENENUM 2 corpus B 3 exigit A; non] si C 4 homini nisi D 5 frigidus A; est *primum om.* B 6 frigidus B

nitur cum facio, cis et dicitur venefico, cas, id est venenum
facere. Et inde dicitur veneficus, ca, cum, id est venenum
miscens et faciens. Unde hoc veneficium dicitur tale male-
10 ficiū.

VENEO, venis, id est vendi, verbum est neutrum passivum
quia habet vocem activum et significationem passivi. Vide
versus supra positos ubi exponitur vapulo. Et secundum
Huguitionem (*s. v.* Venum) componitur veneo a venum et eo
5 nam hoc venum, veni dicitur «venale vel venditio». Unde
dicitur veneo quasi pro venali vel venditione eo. Et similiter
vendo, vendis et venundo, das componuntur a venum et do.
Et nota quod veneo declinatur veneo, venis, venii vel nivi,
nire, venum, nu in supino. Unde Priscianus (x, 54), «Veneo
10 secundum analogiam venitum deberet facere supinum, pro
quo venum magis in usu est».

VENIA, nie idem est quod indulgentia si precedit peccatum.
Si vero non precedit idem est quod licentia. Unde Eccle-
siastici xxv g (34), «Ne des aque tue exitum nec modicum
nec mulieri nequam veniam prodeundi», id est licentiam vel
5 libertatem. Et dicitur venia a venio, nis quia venit a libertate
dantis. Versus de Grecismo (x, 274-5),

Fas tibi sit venia peccato non preeunte,
Quod si precedat solet indulgentia dici.

VENTER, tris dicitur a ventus, ti quia ventos concipit. Quid
autem sit venter et in quo differat ab alvo et utero invenies
supra ubi exponitur alvus.

VENTILO, las dicitur ad ventum dispergere, proicere, exqui-
rere, excutere, investigare. Unde hoc ventilabrum, id est
pala, ventilandi instrumentum, quo palee ventilantur.

7 dicitur *om.* C 9 venficum D
VENEO 2 et] etc C, *om.* B 4 exponitur B 6 venditione et eo B; eo] do
D 9 nu] veni D
VENIA 3 xxvi B; ne] non A 5 et] vel B 8 precedit B
VENTILO 1-2 exquirere *om.* C 3 pala B; instrumentum scilicet que C;
vetilantur C

VENTUS exponitur supra ubi exponitur aquilo. Dicitur autem ventus a venio, nis quia venit vel quia violentus fit vel quia violenter venit. Et inde ventosus, sa, sum vento plenus, vento inflatus, instabilis, verbosus, vane laudis et glorie cupidus. Et ventuosus, sa, sum dicitur in eodem sensu.

VENUNDO, das, venundedi, venundare idem est quod vendere cuius compositio tangitur supra ubi exponitur veneo. Aliqui autem dicunt quod componitur a venum, quod est supinum huius verbi veneo, nis et do, das. Unde dicitur
 5 venundatus, ta, tum, id est venditus. Et nota quod ubicumque do, das corripit primam sillabam in simplici et in compositis huius corripit. Unde quia datur corripit primam sillabam venundatur corripit penultimam. Similiter se habet dedit ad venundedit et dabit ad venundabit et dare ad venundare et datus ad venundatus et dator ad venundator. Quia
 10 vero detur in simplici producit primam sillabam ideo venundetur producit penultimam. Idem dicas de omnibus compositis a do, das dummodo sint prime coniugationis.

VENUSTUS, ta, tum a Venere dicitur pulcher et decens. Unde hec venustas et venusto, tas, id est venustum facere.

VEPRES, sicut ait Papias, est rubi vel spinarum genus. Ysidorus autem Ethimologiarum xvii (7,60) dicit sic, «Maiores nostri omnem arborem spinosam veprem dicebant quod vi prenda-
 5 vi prenda-». Versus,

5 Dicitur hinc vepres quia prendit vellera vestes.

Dicuntur ergo vepres quasi vi prendentes vel quasi vehentes

VENTUS 2 quia venit *om.* D 3 sum id est vento C 5 ventosus ACD; dicitur *om.* C

VENUNDO 2 veneo venis B 4 nis *om.* C; dicitur *om.* C 7 datur et corripit A 8 penultimam et similiter B 12 Idem dicas] idemptitas A

VENUSTUS 2 hec *om.* B; id est *om.* C

VEPRES 1 est] sunt C 2 Ethimologiarum *om.* C 4 viprem dat D 4-5 versus ... prendit *om.* A 4 versus *om.* B 6-8 vehentes ... prendentes] vi predantes vel quasi vestes predantes vel quasi prendentes vel

predam vel quasi vi predantes vel quasi vestes predantes vel
 prendentes. Et declinatur hec vepres, huius pris. Unde
 Priscianus dicit in tractatu de diminutivis (III, 33), «in es
 10 productam desinentia feminina tertie vel quinte declinatio-
 nis abiecta s assumunt cula et faciunt diminutiva et servant
 e productam, ut vulpes vulpecula, nubes nubecula, dies die-
 cula, res recula, . . . vepres veprecula . . . Excipitur merces
 . . . mercedula».

VERBA dicta quia cum agitantur verberant aerem. Ita dicit
 Ysidorus Ethimologiarum (I, 9,1). Verbum ergo dictum a
 verberatu aeris et habet multas significationes. Est enim
 verbum una pars viii partium orationis. Item verbum dicitur
 5 sermo, ut ibi (*Ps.* 5,2), «Verba mea auribus percipe, domine».
 Item verbum dicitur deceptio. Unde Ovidius (*R. Am.* 95),

Verba dat omnis amans.

Item verbum dicitur filius, ut ibi (*Io.* I, 14), «Verbum caro
 factum est». Unde versus (*Grec.* XI, 53-4),

10 Hoc nomen verbum designat quattuor ista:
 Est deceptio, pars et filius atque loquela.

VEREDARIUS dicitur auriga vel nuntius in reda portatus. Et
 dicitur veredarius a veredus, di. Dicitur autem veredus
 equus vehens, id est trahens, redam. Et componitur a veho
 et reda, quod expositum est supra, quia vehit, id est trahit
 5 redam. Veredus autem secundum quosdam dicitur auriga.
 Unde in Papias scribitur «veredos antiqui dixerunt quod ve-

quasi vehentes predam vel quasi vellera predantes vel prendentes C
 7 vel quasi vi predantes *om.* D 8 prendentes] precidentes A, pren-
 dantes D; *post* prendentes *add.* D: vel quasi vellera predantes vel
 prendentes 9 in tractatu *om.* C 10 productas A; quinte] quarte
 C 12 e] es B 12-13 dies diecula *om.* BC; diescula D 13 res
 recula *om.* C; recula] regula B 14 mercedula etc. B

VERBA 2 Ethimologiarum *om.* C; ergo dictum] autem dicitur B 4 ver-
 bum *primum om.* C; de octo partibus B 5 domine etc. B

7 amans id est deceptiones B 8 ibi *om.* C 9 factus AB

VEREDARIUS 4-5 trahit terram et redam B 6 quod] quia BC 6-7 vehe-
 rant B

herent redas, id est ducerent», et inde veredarius, a, um ad veredum vel veredarium pertinens.

VERMIS «animal est quod plerumque de carne vel de ligno vel de quacumque re terrena sine ullo concubitu gignitur. Licet quandoque de ovis nascatur ut scorpio». Proprie autem vermis in carne putrida nascitur. Verba sunt Ysidori
 5 Ethimologiarum xii (5,1). Dicitur autem vermis a verro, verri, verri, verrere, versum, quod est trahere vel tergere, purgare, radere, scopere, quia verri, id est trahit se. «Non enim ut serpentes apertis passibus vel squamarum nisibus repit quia non est illi spine vigor ut colubris. Sed in directum
 10 corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas motum explicat». Ita dicit Ysidorus ut supra (xii, 5,19). Vel dicitur vermis quasi vernis quia in vere exeat. Unde hic vermiculus diminutivum dicitur parvus vermis. Et secundum quod ponitur ii Regum xxiii b (8) ex-
 15 ponitur sic in Historiis (1345), «Comparatur David vermiculo ligni, qui teredo vel terebella dicitur, qui mollis lignum perforat. Dum tangitur nichil mollius illo, quando tangit nichil durius», etc. Item vermiculus dicitur ruber color. Unde dicit Papias, «vermiculus est ex silvestribus frondibus,
 20 in quo lana tingitur que vermiculum appellatur». Vide supra ubi exponitur coccus. Ysidorus Ethimologiarum xix (28,1) ubi agit de coloribus vestium ita dicit, «Coccum Greci nos rubrum sive vermiculum dicimus. Est enim vermiculus ex silvestribus frondibus».

7 ducerentur C; et om. C 7-8 um id est ad C

In marg. fol. 198^v add. D: veretrum dicitur membrum virile quod sit tantum viri vel quia ex eo virus id est semen emittatur

In marg. fol. 199 add. D: Vergere id est in mare occidere occasum facere

VERMIS 4 in carne putrida] de carnibus A 6 tegere B 10 tractas A 11-12 ut supra om. D 13 hic om. B; dicitur] id est C, om. B 13-14 parvus scilicet vermis B 14 b om. C 16 qui] que C; molle B 16-17 lignum durum perforat C 18 rubeus C 19 dicit om. C 20 tangitur AB 21 ysidorus autem eth B 23 nos vero rubrum B

VERMICULATUS, ta, tum, id est distinctus et variatus, tractum est a vermiculis qui rodentes ligna aratiunculas ibi faciunt varias et distinctas et quasi in modum vinee circumducunt. Sic et aurifabri faciunt protractiones varias in metallis. Unde Cantici i (10), «Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento». Glosa, id est «distinctas et variatas». Et dicit ibi, «Alia translatio 'similitudines aurifabre faciemus tibi cum distinctionibus argenti'». Vel a vermiculo colore dicitur vermiculatus quia color ille tincturam variat et ab aliis distinguit. Item vermiculatus dicitur a vermiculis exaratus.

VER supra expositum est ubi exponitur autumpnus. Et inde dicitur vernus, na, num ad ver pertinens vel clarus, splendidus et delectabilis. Et hic et hec vernalis et hoc vernale in eodem sensu et verno, nas, id est clarere, splendere et delectari.

VERNACULUS dicitur famulus in domo nutritus. Et est diminutivum a verna nam «hic et hec verna dicitur famulus pulcher vel famula quia vernat, id est claret vel delectat pulchritudine sua in domo divitum. Unde hic et hec vernula, le et hic et hec vernacula, cule, et hic vernaculus et hec vernacula». Ita dicit Hugutio (s.v. Vireo). Vide supra ubi exponitur servus.

VERSATILIS gladius exponitur sic in Historiis (1075) super Genesis iii g (24), «'collocavit ante paradisum voluptatis cherubin et flammeum gladium atque versatilem' ut angelus arceret diabolum et ignis hominem. Vel misterio angelorum posuit ignem ibi qui intercluderet paradisi ingressum qui nomine gladii non cuiuslibet sed versatilis dicitur, id est

VERMICULATUS 10 item] unde C

VER 1 et inde] unde A 2 dicitur *om.* AB 3 et hic *om.* D

VERNACULUS 1 nutritis B 3-4 in pulchritudine A 4 sua et maxime in domo divitis domini sui B; huius le AB 5 huius cule ABC

VERSATILIS 2 ante] autem BC 4 dyabolos B

utrobique secantis, quia pena fuit homini in utraque sui parte puniri . . . Vel dictus est versatilis, id est aptus ad versandum, id est tollendum, cum deus vellet. Ablatus enim fuit
 10 ad tempus intransibilibus Helya et Enoch, penitus vero non donec in morte Christi fuit extinctus » etc.

VERSIPELLIS dicitur astutus, deceptor quia in diversa vultum et mentem vertit. Et componitur a verto, tis et pellis quia dum diversis modis decipit quasi in varias pelles se transvertit. Et declinatur hic et hec versipellis et hoc versipelle.
 5 pelle.

VERSUS quandoque ponitur pro ordine ut tertio Regum vii (17) ubi dicitur, « septena versuum retiacula » etc., et in multis aliis locis. Item versus dicitur actio vel passio vertendi. Item versus constat ex pedibus, etc.

VERSUTUS, ta, tum dicitur callidus, astutus, malitiosus, qui in omnibus versatur. Unde Ysidorus Ethimologiarum (x, 277), « Versutus dicitur eo quod eius mens in quolibet actu ad quamlibet fraudem facile vertitur. Unde et versutia dicitur
 5 contorta sententia. Plautus,

Versutior es quam rota figuralis. »

Item versutia dicitur astutia.

VERTEX « est ea pars capitis qua capilli colliguntur et in qua cesaries vertitur, unde et nuncupatur ». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,26). Ponitur autem frequenter pro summitate et est masculini generis. Item vertex appellatur

8 aptus] apud D 10 intransibilibus primo helia C; penitus] positus A 11 etc. *om.* B

VERSIPELLIS 1 diversum C 3 quia dum] quasi diceret B; quasi] quia B; pelles id est deceptiones B 4 et hoc *om.* A

VERSUS 1 quando D; ut] unde C; vii *om.* B, vii c CD 2 etc. *om.* A 3 actus B 3-4 vertendo D

VERSUTUS 2 eth x libro C 3 dicitur *om.* C 3-4 actu et ad AC 6 es] est A

VERTEX 1 ea *om.* C 2 nuncupantur B

5 nodus vel globosa eminentia que ad modum verticis apparet in ligno. Unde Sapientie xiii f (13), «lignum curvum et verticibus plenum». Vide infra proximo ubi exponitur vertigo, in fine.

VERTIGO, ginis a verto, tis dicitur, scilicet globus, convolutio, congratio, sicut quandoque fit in terra a vento et in capite a morbo. Unde Ysidorus Ethimologiarum iiii (7,3) ubi agit de cronicis morbis sic ait, «Vertigo est quotiens-
5 cumque ventus consurgit et terram in circuitu mittit. Sic et in vertice hominis arterie et vene ventositatem ex resoluta humectatione gignunt et in oculis girum faciunt. Unde et vertigo nuncupata est». Et inde dicitur «vertigineus et vertiginosus, a, um qui vertiginem capitis patitur» et dicit
10 Huguitio (*s. v.* Verto) quod «vertex sepe accipitur pro vertigine quod antiqui dicebant vortex et vortigo».

VESICA quasi vas aque dicitur quoddam intestinum. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,137) dicit sic, «Vesica dicta quod, sicut vas aqua, ita de renibus urina collecta completur et humore distenditur. Cuius usus in volucris non habetur». Item vesica dicitur elevatio et inflatio cutis que similiter
5 plena est aquosi humoris. Unde Exodi ix b (9), «erant in hominibus et iumentis ulcera et vesice turgentes». Unde vesicula diminutivum, scilicet parva vesica. Item vesicula dicitur illa tenuis pellicula, vesice formam habens, que est
10 in gutture avis in qua cibaria congregantur. De qua dicitur Levitici i g (16), «vesiculam vero gutturis et plumas proiciet».

VESCOR, ceris dicitur comedere, uti potu et cibo. Verbum deponens est et caret supino cum suis compositis. Vide verus differentiales supra positos ubi exponitur fruor.

VERTIGO 1-2 globus vel convolutio A 3 iii D 5 terram et eam in B; circuitum C 5-6 sic et *om.* B 8 vertigineus a um C 11 vortigo super proferebant B

VESICA 3 sicut vas aqua] *sic Isid.*, sit vas aqua quia AB, sit vas aque qua CD 4 in *om.* D 6 ix] x BCD; in *om.* C 9 est *om.* C

VESPA, pe «animal est exiguum volatile, aculeis venenosum, que de asinorum carnibus putridis nascitur», sicut fuci de mulis, scrabones de equis et apes de vitulis. Ita scribitur in Papia et, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Vireo), vespa componitur
 5 a vis et peto vel paro quia vi petit vel quia vim parat. Est enim violentum animal. Unde hoc vespetum dicitur locus ubi vespe abundant et hoc vesparium nidus earum.

VESPERE fit nona; si re mutaveris in ra
 Solis habes ortum; si ra mutaveris in rum
 Illius occasum; sit vesper quelibet hora
 Qua sol vel luna tegitur caligine tetra.

5 Ri rorum cantant, re rarum timpana pulsant.
 Hec Vesperta dea dicatur, Vesperus astrum.

Isti versus sumuntur de Grecismo (xii, 376-81) ad quorum evidentiam nota quod dicit Huguitio (*s. v.* Hespera), hesperam dicunt Greci horam «que est inter diem et noctem et
 10 inter noctem et diem. Unde hic hesperus dicitur stella occidentalis que in vespere post solem apparet». Item «ab hespera et hesperus, subtracta h et loco illius v consonantem ponentes, dicimus hec vespera, pere et hic vesperus, ri; idem est quod hespera, scilicet hora que est inter diem et noctem
 15 et inter noctem et diem, et huius genitivus ponitur adverbialiter, ut ibi (*Mt.* 28,1) 'vespere autem sabbati'» et significat in tempore, et ad ipsum fit relatio cum dicitur «que lucescit» etc. «sicut ad hoc nomen Romam positum adverbialiter fit relatio cum dicitur 'iste vadit Romam, que est
 20 caput mundi' et fit relatio ad nomen ita positum non ex eo quod ponitur adverbialiter sed ex eo quod est nomen et quandam vim nominis ibi retinet. Unde hec Vesperta, te

VESPA 1 volatile *om.* A 2 nasci dicitur CD 3 scarbones B 5 quia *primum om.* A

VESPERE 2 habet B; ra] re D 3 qualibet B 6 dea *om.* B 8-9 quod dicunt Greci hesperam A, quod vesperam dicunt Greci BC 9-10 et inter noctem et diem *om.* C 10 hesperus] esperus A, hesperus ri BD, vesperus ri C 12 et *primum om.* A 13 hic *om.* B; hesperus C 14-15 et... diem *om.* C 17 fit] sit C

dicitur dea illius hore que est inter diem et noctem . . . et
 vespertinus, na, num. Et hec vespertina dicitur cena in sero,
 25 in vespera et hec vespertilio avis volans in vespere. Item a
 vespere vespero, ras, . . . id est vesperam facere. Unde ve-
 sperasco, cis inchoativum et per compositionem advespera-
 sco, advesperascis . . . et omnia ista ex parte actionis soli deo
 conveniunt. Potest tamen dici 'dies advesperat vel advespe-
 30 rascit', id est tendit vel incipit tendere ad vesperam, et
 impersonaliter advesperascit, id est vespera appropinquare
 incipit. «Item a vespera vel vespere hic vesper, peris et hec
 vesperugo, gis . . . Et nota quod hic hesperus et hic vespere
 et hic vesper, vesperis et hec vesperugo nomina sunt eius-
 35 dem stelle que in nocte post solem apparet et in mane» ante
 diem. Dicitur autem Venus in sero et hesperus et vespere
 et vesper et vesperugo, «in mane Lucifer vel Fosforos». Fos
 grece, quod est lux latine, et foros idem est quod ferre. Unde
 fosforos quasi ferens lucem. «Item vespera et vespere di-
 40 versiclinia sunt, aliud enim significant in singulari quam in
 plurali, nam vespere vesperarum significant illud tempus in
 quo cantatur officium, vesperi, rorum illud officium. Vespere
 siquidem cantantur sed vespere pulsantur. Quidam tamen
 non distinguunt inter vespere et vesperos quantum ad offi-
 45 cium. Item a vespera vel vespere dicitur hoc vesperum, ri,
 id est obscuritas que fit interpositione nubium inter nos et
 solem vel lunam quacumque hora diei vel noctis. Et hec
 vespere vel vesper, ris significat horam qua sol incipit de-

25 vespera facta et B; hec] hic BC; vespertilio onis B; avis de
 nocte volans C; *post* vespere *add.* B: vide infra ubi exponitur
 vespertilio 30 et *om.* AC 32 hic] hoc BC; huius peris AB; hec]
 hoc AD 33 huius gis A; hic hesperus et *om.* D 34 vesper] *in*
marg. *iuxta* vesper *add.* AD: doct. (581) er maribus detur iter hoc
 vesperque sequetur 36 autem] ergo AD, etiam C 36-37 et vespere
 rus et hesperus et vespere A 37 mane dicitur lucifer B, mane vero
 dicitur lucifer D; fosforos dicitur a fos (fox B) BC 37-39 fos . . .
 lucem *in marg.* D 38 quod est *om.* AD; foros quod idem B; idem
om. C; quod est ferre C 42 cantatum D; illud] idem D 43 sed
om. D 46 nubilum C; nubium et inter D 47 solem vel nubem
 vel A; vel] et D; hec] hoc CD 48 qua] in qua C

clinare ad occasum, et durat usque ad crepusculum». Et
 50 vesperi dativus invenitur positus adverbialiter, ut dicit Pri-
 scianus (xv, 6) ubi agit de adverbio. Et hoc vespere indecli-
 nabile pro hora pulsandi. Hec nomina ita distincta sunt, fre-
 quenter tamen huiusmodi proprietates confunduntur et pro
 se invicem posita inveniuntur.

«VESPERE AUTEM SABBATI» etc. Matthei xxviii a (1) no-
 mine vesperis, ut dicit Augustinus De concordia evengeli-
 starum (PL 34,1198) noctem significat, «a parte totum».
 Et est vespere sabbati, id est nocte sabbati, sed, ne de ipso
 5 vespere, quod est principium noctis, intelligemus, mutavit
 genus et ait «que», scilicet nox «lucescit in prima sabbati»,
 id est terminatur in luce sabbati, hoc est cuius finis est dilu-

49 durat] ducit A 51 hoc] hec C

In marg. fol. 200 add. ex Huguitione D: nota quod hesperus vel vesperus
 et vesper ris et hec vesperugo sunt nomina eiusdem stelle que in
 nocte post solem apparet et in mane ante solem unde in mane
 dicitur lucifer vel fosforos et dicunt quidam quod hec non potest
 esse in eodem tempore quod eadem stella sero sequatur solem et in
 mane precedat sed hoc contingit in diversis temporibus alii dicunt
 quod mercurius et venus cum sint satellites solis quandoque ita sunt
 dispositi quod venus precedit solem et mercurius sequitur vel e
 contrario et tunc una illarum stellarum scilicet illa que sequitur
 solem videtur in sero post solem illa que precedit in mane ante
 solem sed quia ille stelle due sunt similes et in quantitate cum
 splendore creditur quod eadem stella sit in sero post solem et in
 mane ante solem aliis vero placuit dicere quod una et eadem stella
 sit scilicet venus que in sero sequitur solem et in mane ardet et in
 eodem tempore anni. Est enim venus altior sole contingit autem
 quod simul venierunt ad occasum quia venus est altior diutius vi-
 detur in sero quam sol eadem ratione et citius videtur in mane
 quamvis eque cito motu discurrant et ad hoc ostendendum satis
 familiare diligens doctor iudicet exemplum nam citius videmus
 ascendentia remota quam propinqua et diutius videmus descen-
 dentia remota quam propinqua quamvis equo et pari motu incedant
 dicitur ergo venus in sero hesperus et vesperus et hesper et vespe-
 rugo in mane lucifer et fosforos.

VESPERE AUTEM SABBATI I xxviii] xviii A 4 est om. B 5 non intellige-
 mus A, intelligeremus B, non intelligeremus D 6 et] ut C 7 in
 luce sabbati] in luce prime sabbati B, in prima sabbati luce C; hoc]
 hec B; fines B; est tertium om. B

culum prime sabbati, id est dominice, quasi diceret nocte
sabbati venerunt, non tamen qualibet parte noctis sed dilu-
culo. Vide quod dicitur supra proximo. Item vide supra ubi
10 exponitur sabbatum. Aliqui construunt sic: «in prima sab-
bati», id est in dominica que appellatur prima; «sabbati»,
id est septimane; «que lucescit», id est lucere incipit; in
«vespere sabbati», quantum ad Hebreos qui incipiunt diem
15 naturalem in vespere. Unde scribitur in Compoto:

Mane diem greca gens incipit astra sequentes;
In medio lucis Iudei; vespere sancta
Inchoat ecclesia; medio sub tempore noctis
'Venit Maria Magdalene' etc.

20 Plana est constructio.

VESPERTILIO secundum Ieronimum avis est nocturna, luci-
fuga, et solem videre non potest. Secundum Ambrosium
dicitur animal ignobile a vespere nomen accipiens; et dicit
quod est volatile quadripes et dentibus utitur. Non ova sed
5 pullos generat. Volat autem in aere avium more, sed crepu-
sculo vespertino. Ita scribitur in Papia. Ysidorus in xii
Ethemologiarum (7,36) sic ait, «Vespertilio pro tempore no-
men accepit et quod lucem fugiens crepusculo vespertino
circumvolat precipiti motu acta et tenuissimis brachiorum
10 membranis suspensa, animal murium simile et tam voce re-
sonans quam stridore, specie quoque volatilis est simul et
quadrupes, quod in aliis avibus reperiri non solet». Nec te
moveat quod dicitur acta et suspensa quia ista adiectiva non
referuntur ad vespertilionem sed ad avem, quasi diceret
15 «vespertilio est avis acta et suspensa» etc. Vespertilio enim

10-11 vide . . . sabbatum *om.* C 11-20 aliqui . . . constructio *in marg.*
D 14 quantum] quod D 16 Cf. Walther¹, no. 10641 19 magda-
lena maria A, maria magdalis C, maris magdalena D 20 plena C
VESPERTILIO 4 quadrupes D 4-5 sed deformes sicut et ipsum pullos B
6 vespertino et diluculo ante solem ita B; ysidorus autem in B;
xii] xx C 8 fugiens corpusculo vel crepusculo A 10 membranis
suspensa *om.* C 10-11 resonat B, rosonans C 11 simul] similis D
15 enim *om.* C

masculini generis est, sicut patet per Priscianum (v, 9) qui ait, «In o, i antecedente, quando non sunt verbalia vel participialia, masculina sunt, ut stellio, gurgulio». Nichil excipit.

VESTIBULUM est locus ante fores qui dicitur porticus vel atrium. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (7,2) ubi agit de aditibus, «Vestibulum est vel aditus domus private vel spatium adiacens edibus publicis. Et vestibulum dictum eo
5 quod eo vestiuntur fores vel quod aditum tecto vestiat». Vel dicitur vestibulum locus in quo vestimur. Secundum Huguitionem (s. v. Vestio) vestibulum dicitur quasi vestibulum quia fuit dee «Veste consecratum» vel quia prius fuit in templo Veste. Virgilius in v Eneidos (vi, 273-7),
10 optime describit vestibulum inferni dicens,

Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci
Luctus et ultrices posuere cubilia flamme
Pallentesque habitant morbi tristique senectus
Et metus et malesuada fames ac turpis egestas,
15 Terribiles visu forme, letumque laborque etc.

Unde (*secundum Huguitionem*) componitur vestibulum a ve, quod est sine, et sto quasi sine statione quia introeuntes non stant in illa parte nec morantur sed transeunt in interiorem partem domus.

VESTIGIUM est signum pedis prima planta impressum. Et componitur a vestis et ago quia quasi vestis fit pedibus,

16 est *om.* B 18 gulgulio D; et nichil B
VESTIBULUM 1 qui alio nomine porticus dicitur B 2 xv] v B 4-5 dictum eo quod *om.* B 5 eo *om.* D; vestiantur B; quod] quia D; tecti B 6 Vel . . . vestimur] vel quia solent ibi vestire viri ac mulieres antequam ostium principale domus ingrediantur ut recipiantur cum honore B 7-8 vestibulum] vestre stabulum B, veste stabulum CD 8 Veste *om.* D 11 infantibus AB 13 psallentesque A; pallentes quia B 14 et metus *om.* B; male suadat D 15 *Post* laborque etc. *add.* A, *in marg.* CD: hic orcus dicitur infernus ab orce quod est recipere quia semper paratus est recipere 16 unde] vel B, unde et D 17 sto stas B 18 stant] intendunt vel stare vel diu sistere B; in illa parte *om.* D; illa] ea B; neque D; morari B; transire B
VESTIGIUM 2 ago agis B; pedibus *om.* D

cum impressi terre quasi quibusdam vestibus se tegant. Vel dicitur vestigium «quia vie percurrentium vestigiis vestiguntur, id est agnoscantur». Unde sepe dicitur vestigium signum. Et inde dicitur «vestigio, as, id est vestigiis inquirere, et per sincopam vestigo, gas inquirere, explorare. Et dicitur vestigare quasi vestem agere». Ita dicit Hugutio (s. v. Vestio).

VETERANUS, na, num dicitur senex decrepitus, emeritus.

VEXILLUM diminutivum est a velum, li.

VIATICUM dicitur victus qui necessarius est in via ad expendendum et deferitur in via. Unde et viaticum dicitur corpus domini quia propositum est nobis victus in via. Unde et viaticus, ca, cum, id est in via necessarius vel delatus vel in via sustentatus. Ita dicit Hugutio (s. v. Veho).

VIBRO, bras dicitur resplendere, crispare, concutere ad iaculandum vel iaculari, sicut solemus cum minuta virga. Ita dicit Hugutio.

VICIA, vicie genus est leguminis et dicitur a vice quia vice panis ea utuntur in quibusdam partibus. Vel dicitur vicia a vicio quasi viciosa quia mala est. Vel dicitur a vicia quod est victoria quia victores inde coronabantur. Unde Ysidorus Ethimologiarum x (210), «Pervicax proprie dicitur qui in proposito suo ad victoriam perseverat. Antiqui enim viciam dicebant quam nos victoriam. Et credo quod inde dicatur herba vicia, id est victoralis». Idem xvii (49), «Vicia dicta

3 cum] et A; impressi sunt terre vel cineri quia cineribus quasi vestibibus B; tegunt BC 4 quia] quasi C 7 simopan D

VETERANUS decrepitus] detritus B, detriatus D

VIATICUM 2 et alterum om. A

VICIA 3 mala est et insipida hominis gustus vel B; a vicia om. B 4 victores populares et pastores in gignasiis et ludis suis ea tempore suo id est quando erat viridis coronabantur B, victores olim inde C 6 Post perseverat add. A: pervicax corripit mediam sillabam 7 et om. A 8 hec herba AD

quod vix ad triplicem perveniat fructum, cum alia legumina
 10 proventum habeant fertilem. Unde Virgilius in secundo Geor-
 gicorum (1, 75-6),

Aut tenuis fetus viciae tristisque lupine
 Sustuleris ».

VICISSIM adverbium, id est per vices vel alternatim. Unde
 hec vicissitudo, id est viciae alternatio vel retributio.

VICIUM dicitur a vincendo, id est ligando, quia vincit, id
 est ligat, vitiosum. Et inde vitio, as dicitur corrumpere quia
 vitia corrumpunt.

VICI, «castella et pagi nulla dignitate civitatis ornantur, sed
 vulgari hominum conventu coluntur et propter parvitatem
 sui maioribus civitatibus attribuuntur. Vicus autem dictus
 ab ipsis habitationibus vel quod vias habeat tantum sine
 5 muris. Est autem sine munitione murorum, licet et vici
 dicantur ipse habitationes urbis. Dictus autem vicus eo quod
 sit vice civitatis vel quod vias habeat tantum sine muris».
 Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xv (2,11-12) ubi agit de
 edificiis publicis. Dicitur ergo vicus a vice vel a via, et inde
 10 viculus diminutivum, scilicet parva villa vel parva urbis
 habitatio.

VICTIMA proprie dicitur sacrificium pro hostibus victis, si-
 cut hostia pro vincendis. Versus,

Victima pro victis datur, hostia pro superandis.

«Et erant victime maiora sacrificia quam hostie. Alii victi-
 5 mam dictam putaverunt quia ictu percussa cadebat vel quia
 vincta ad aras ducebatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologia-
 rum vi (19,34). Et inde dicitur victimo, mas, id est sacri-

10 secundo] libro B 12 tristisque C

VICI 2 vincuntur coluntur A, solvuntur B 4 quod] quia B; habeant A
 6 ipsi B; habitatores BD 7 tantum *om.* A 9 vel] sive B 10 ur-
 bis *om.* D

VICTIMA 1 victima me A; dicitur *om.* C 2 pro vincendis] pro hostibus
 vincendis B 5 quia *om.* B

ficare. Victima dicitur quasi ictima ab ico, icis, quod est per-
cutere, et preponitur v per prothesim. Vel dicitur a vincien-
10 do quasi vinctima et tunc subtrahitur n per sincopam.

VIDUA dicitur quasi a viro idua, id est separata. Nam iduo,
iduas dicitur separare. Vide supra ubi exponitur idus in
tractatu de Kalendis. Versus,

Fertur defuncto mulier viduata marito.

VILLICUS dicitur ville gubernator, sic dictus quasi ville cu-
stos. Et inde villico, cas officium villici exercere. Et inde di-
citur villicatio, id est villicandi actio, ville gubernatio vel of-
ficium villicandi.

VIMEN, minis mollis virga et viridis. Dicitur autem vimen
«eo quod habeat vim multam viroris. Natura enim eius
talis est ut, etiam si arefactum abluatur, virescat». Ita dicit
Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,48) ubi agit de propriis
5 nominibus arborum versus finem.

VINACIUM et vinarium idem significant, sed «posterius
vinum, quod etiam vinacenum dicitur, et est quasi fex totius
vini et etiam illud quod remanet post expressionem vini et
proicitur extra». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Vincio) et cum ulti-
5 ma expositione concordant expositores Osee iii (1) dicentes
quod vinacia uvarum sunt pellicule que remanent vino ex-
presso. Unde Grecismus (xi, 136-7),

Pelles uvarum vinacia dic fore tantum,
Et dicas acinum quod in uva cernis acutum.

8-10 victima . . . sincopam *post* pro (*v. 1*) *inseruit* B, *in marg.* D 8
et dicitur victima B; ictima et dicitur ab A; inctima et ab D 9
et . . . prothesim *om.* B

VIDUA 2 separare] separo separas B; exponuntur BD

VILLICUS 1 dictus] dicta D

VIMEN 2 vigoris A 3 etiam *om.* C

VINACIUM 1 sed] scilicet B 4 producitur C 5 doctores scilicet expo-
sitores B 6-7 expressos D 8 vicinacia D

VINARIA, rie, sicut dicit Hugutio (s. v. Vincio), dicitur cella ubi vinum reponitur.

VINCIO, cis dicitur ligare et, sicut ait Priscianus (ix, 28), facit preteritum vinxi et supinum vinctum. Unde vinctus, ta, tum, id est ligatus. Unde in Psalmo (Zc. 9, 12) «vincti spei», id est in spe liberationis.

VINUM dicitur quasi in vite natum vel dicitur vinum a vena eo «quod potus eius venas sanguine cito repleat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xx (3, 2) ubi agit de potu. Vide versus supra positos ubi exponitur temulentus.

VIOLA quedam herba est cuius flos similiter nuncupatur et, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xvii (9, 19), «Viola propter vim odoris nomen accepit».

VIPERA genus est serpentis venenosi de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (4, 10), «Vipera dicta quod vi pariat. Nam et cum venter eius ad partum ingemuerit catuli, non expectantes maturam nature solutionem, corrosis eius lateribus, vi erumpunt cum matris interitu . . . Fertur autem quod masculus, ore inserto vipere, semen expuat; illa autem ex voluptate libidinis in rabiem versa caput maris ore receptum precipit. Ita fit ut parens uterque pereat: masculus dum coit, femina dum parit. Ex vipera autem fiunt pastilli qui tiriaci vocantur a Grecis». Versus,

Post articulum de vincio inseruit B: vinea sicut ait papias locus est ubi vitis plantatur item vinee vel vineta dicuntur loca vitibus consista item vinea dicitur quedam machina bellica que gallice dicitur chat et dicitur vinea quasi viminea quia de cratibus et quandoque de asseribus fit et homines intus latentes appropinquant muro ad effodiendum illum et in ista acceptione ponitur ezechielis xxvi (9) item lucanus in tertio (487-90) tunc adopta levi procedit vinea terra / sub cuius pluteis et tecta fronte latentes / moliri nunc ima parant et vertere ferro / menia etc.

VINUM 1 vinum quasi a vena B 2 potus] post D 3-4 vide supra ubi B VIOLA 2-3 propter vim] a vi B

VIPERA 1 sepe[n]tis D 2 quod] quia B 3 eius om. B 4 maturam om. A 5 autem om. C 7 matris A 8 prescindit B; et ita B

Concipiens morte parit equa vipera sorte,
Nepa suo more moriens parit et coit ore.

Quid sit nepa invenies supra ubi exponitur nepos.

VIR dicitur a vireo, res quia in multis viret respectu mulieris. Vel dicitur a vi quia maior vis est in viris quam in mulieribus. Dicitur autem vir multis modis: etate, unde i ad Corinthios xiii g (11), «quando autem factus sum vir evacuavi que erant
5 parvuli». Item vir accipitur pro marito, unde Genesis iii b (6), «tulit de fructu et comedit . . . deditque viro suo». Et nota quod dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (7,1), quod vir non notat coniugium nisi adieceris vir eius. «Maritus vero etiam
10 sine adiectione coniugem sonat». Item vir sexum discernit, unde Levitici xiii d (29), «Vir sive mulier» etc. Item vir notat probitatem, unde i Regum iii d (9), «Confortamini et estote viri, Philistini» etc. Unde versus de Grecismo (IX, 153 et 150?),

15 Annis, coniugio, sexu, probitate vir esto.
Vir notat etatem, sponsum, sexum, probitatem.

VIRAGO dicitur quasi «a viro acta, et est sumptum nomen a viri nomine . . . Et hec denominatio similiter in hebreo est. Is enim dicitur vir, et inde dicitur issa, ut a vir virago. Hoc nomen proprium illius mulieris fuit nec omnium est com-
5 mune». Ita scribitur in Historiis (1070). Ysidorus autem dicit in xi (2,22) Ethimologiarum ubi agit de etatibus hominis, «Virago vocata quia virum agit, id est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant».

VIRATUS, ta, tum dicitur «virilis et fortis vel viro ornatus».

12 permoriens A

VIR 3 unde om. A 4 xii A 6 dedit ACD 7 quod vir om. A 8 nisi cum adiectivis B; vir om. BD; etiam om. C

VIRAGO 1 quasi] quod AB 2 est om. AB 3-4 hoc autem nomen est proprium B 4 illius mulieris fuit] robuste mulieris vel pessime ini- que iniuste opera viri exercentis B; nec] non B, nunc D; omni A 6 dicit om. B; xvi BD

VIRATUS 1 honoratus AD, oneratus C

Et dicitur a vir, viri. Ita exponit Hugutio (*s.v.* Vireo). Et
 «Iohannis Chrysostomus dicit super Mattheum mulier vi-
 rata non facile decipitur». Item Ecclesiastici xxviii (19) «lin-
 5 gua tertia mulieres viratas deiecit» ubi aliqui dicunt muratas,
 alii viratas, alii viritas. Tamen viritas nichil est. In omnibus
 antiquis bibliis quas inspexi inveni viratas, id est verecun-
 das vel timidas, a vereor, vereris, veritus sum, vereri, quod
 est timere vel verecundari. Et credo quod hec sit verior lit-
 10 tera.

VIRGA proprie est que de ramis nascitur et dicitur «a virtute
 eo quod vim multam in se habeat vel a viriditate vel quod
 pacis indicium est quod vim regat». Verba sunt Ysidori Ethim-
 ologiarum xvii circa principium (6,18).

VIRECTUM dicitur locus viridum, locus viriditate plenus.
 Et dicitur virectum a vireo, vires vel potius a virore quasi
 locus viroris. Et nisi communis usus obsisteret dicerem quod
 virectum deberet scribi sine c, sicut olivetum, mirtetum et
 5 alnetum etc.

VIRGO «a viridiori etate dicta est, sicut et virga, sicut et
 vitula. Alias ab incorruptione dicitur, sicut et virago, eo
 quod ignorat femineam passionem... Virgo autem non
 recte virago dicitur si non viri officio fungatur». Ita dicit
 5 Ysidorus Ethimologiarum xi (2,21-2) ubi agit de etatibus
 hominis. Magister dicit in Historiis (1070) quod per sincopam
 virgo dicitur a virago, ginis. Versus de Grecismo (x, 37-8),

Virgo pudicitiam notat etatemque puella,
 Et tamen improprie pro virgine pone puellam.

2 dicitur *om.* B 5 aliqui] antiqui C; muratas] munitas B 6 alii
 viratas] alii fortes et bene alii viratas B; viratas] iuratas D; alii
 viritas *om.* BC; viritas] viratas B, veritas C 7 viratas] viritas
 ACD 7-8 recundas B 8 vel] id est B; tumidas AD 9 est *om.* D;
 vel *om.* A

VIRECTUM 4 debet B

VIRGO 1 viridiore B

VIRGULTUM «appellatur quod ad radicem arboris nascitur et quasi inutile ab agricolis amputatur. Et hinc dictum virgultum quod ex virga tollitur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvii (6,18) ubi agit de arboribus et dicit ibi quod
 5 «virgultum est quod de radice pullulat, ramus qui de ipso robore arboris, virga que de ramis». Secundum Huguitionem (s. v. Vireo) a virga dicitur virgultum scilicet «multitudo virgarum vel locus ubi multe virge abundant vel ipsa virga».

VISO, sis, si, sere verbum desiderativum est. Unde visere dicitur cum desiderio videre et deberet facere supinum visum penultima producta, sed non est in usu. Dicit enim Priscianus (x, 46), «facesso et capesso et viso possumus desiderativa dicere. Significat enim facesso desiderio facere, capesso desiderio capere, viso desiderio videre, frequentativa enim non possunt esse quia prime coniugationis non sunt», et sequitur «supina eorum in situm exeunt, ut arcessitum, lacessitum, facessitum, capessitum». Supinum vero huius
 10 verbi viso subticuit quia non est in usu. Versus differentialis de Grecismo (?),

Visitat infirmum sed amicus visit amicum.

Invenitur autem viso, sas frequentativum a quo visito, tas, aliud frequentativum descendit. Viso, visis «componitur con-
 15 viso sis, invisio sis, perviso sis, reviso sis et est activum cum suis compositis». Ita dicit Huguitio (s. v. Video).

VIRGULTUM 2 dictum est B 5 radice] indice B 5-6 ipso robore] ipsa arbore A 8 Post virga add. B: ego autem credo quod omnis locus parvis ac iunioribus et odoriferis arboribus insitus viridis et delectabilis possit satis proprie dici virgultum

VISO 1-2 visere proprie dicitur B 2 cum om. C 6 capere et viso CD 7 enim] vero B 8 ut om. CD; accessitum AB 9 iacessitum B; facessitum om. C; carpessitum D 10 quia] quod D 12 visat C 15 perviso sis] proviso C, om. A 16 compositis et tertie coniugationis C

In marg. fol. 202^v add. D: a video vido dis id est videre si sum tertie coniugationis unde cato hoc vide ne rusus revitatis crimine dampnes nam in hoc versu non potest esse imperativus secunde coniugationis falsus enim esset versus

VITA a vivendo dicitur. Quod autem dicitur vita quasi vim tenens ethimologia est. Et dicitur sic eo «quod vim teneat nascendi vel crescendi. Unde et arbores vitam habere dicuntur eo quod gignuntur et crescunt». Hoc sumitur de Ysidoro (XI, 1,3) et Papia.

VITALIA, vitalium dicuntur intestina quia ibi vita, id est anima, continetur.

VITTA, vitte dicitur infula qua caput sacerdotis ligatur. Et dicitur a vincio, vincis, quod est supra expositum in loco suo. Item vitta est que crinibus innectitur, qua fluentes religantur capilli. Item vitta est qua corona vincitur, tenia autem extrema pars vitte que pendet a corona. Omnia ista sumuntur de Papia. Ysidorus autem Ethimologiarum xix (33,7) ubi agit de cingulis sic ait, «Vitta dicta quod ea pectus vincitur ad instar vitis ligantis».

VITIS a vinciendo dicitur qui vincitur, id est ligatur, sed secundum Ysidorum (xvii, 5,2), «Vitis dicta eo quod vim habeat citius radicandi. Alii putant vites dictas quod invicem se vittis innectant vicinisque arboribus reptando ligentur. Est enim natura flexibilis, que quasi brachiis quibusdam quicquid comprehenderit stringunt». Et quia in locis sibi competentibus dictum est supra quid sit labrusca, quid sarmentum, quid malleolus, quid flagellum, quid spado, quid palmes, cum quo et pampinus exponitur, hic alie partes vitis breviter annotentur. Nota ergo quod (7) «sagittam vocant rustici novissimam partem surculi sive quia longius recessit

VITA 1 quod] quasi C 3 et om. C

VITALIA 1 id est] et C

VITTA 1 Post ligatur add. C, post capilli (v. 4) A, in marg. D: papias enim (om. AD) dicit quod infula idem est quod vitta 3 vita C; cruribus A 4 tenua C 4-5 autem est extrema B 8 instar] modum C

VITIS 3 alii] aliqui B 4 se tamquam vittis B; rependo B 5 enim] autem B; earum natura C 8 maseolus B 9 hic] hinc AD 10-11 sagittam . . . surculi] de partibus vitis quod novissimam partem surculi ruricole sagittam vocant B 11 quia] quod B

a matre et quasi prosiliit seu quia acuminis tenuitate teli speciem prefert». (11) «Capreoli dicti quod capiant arbores. Sunt enim cincinni sive uncinuli quibus se innectere vites et
 15 suspendere solent arboribus, quo amminiculo freti palmites ventos ac turbines continere queant» etc. (12) «Corimbi sunt anuli quibus queque ligant proxima et comprehendunt ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissipentur». Item nota quod (30-33) «vitibus inter cetera magis ista con-
 20 veniunt: oblaqueatio, putatio, propaginatio, fossio. Oblaqueare est circa codicem terram aperire et velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant. Putare est virgam ex vite supervacuam resecare cuius flagellis luxuriat, putare enim dicitur purgare, id est amputare . . . Propaginare vero
 25 est flagellum vitis terre submersum sternere et quasi porro pangere. Hinc propagines a propaginare et protendere dicte. Fodere vero est foveam facere quasi fovere». Omnia ista sunt de Ysidoro Ethimologiarum xvii ubi agit de vitibus. Vide versus infra positos ubi exponitur uva.

VITRUM «dictum quod visui perspicuitate transluceat. In aliis enim metallis quicquid intrinsecus continetur absconditur, in vitro vero quilibet liquor vel species qualis est interiorius talis exterius declaratur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvi (16,1).

VITULAMEN a vite dicitur planta illa infructuosa que nascitur a radice vitis vel ubicumque dumtaxat ut sit naturalis. Vel, ut dicunt, quilibet talis planta dicitur a vitulo quia nascitur in terra a vitulis arata. Unde in libro Sapientie
 5 (4,3), «spuria vitulamina non dabunt radices altas». Vide supra ubi exponitur spurius.

12 et] vel C; teli] velit D 13 caprioli B; quod] eo quod A, quia CD 14 cintermi D; uncinuli] neuterinuli D 18 lassati A; palmiti D 20 pictatio B 23 supervacua D 26 pangere om. B, pangere quasi A; propaginare et protendere] propagatione A, propagatione et protendere D

VITRUM 2 enim] autem B 3 species quilibet A

VITULAMEN 5 non] si C

VITULUS et vitula dicuntur a vireo, vires «quasi a viriditate», id est a viridi etate. «Vel dicitur vitulus a vita quia dignus sit vita». Ita dicit Hugutio (s. v. Vireo) et sumit de xii (1,32) Ethimologiarum. «Vitula etiam dicitur quedam dea, scilicet
5 letitie vel victorie, vel festum illius dee vel exultatio victorie».

VITUPERO, peras dicitur reprehendere, aliquid turpe obicere, criminari. Ita dicit Papias. Et est compositum a vita et paro, paras. Unde vituperare quasi aliquid turpe in vita alicuius parare. Versus differentiales de Grecismo (xix, 25-8),

- 5 Obloquitur qui clam personam spernit honestam,
Exprobrat in faciem presentis turpia dicens,
Corrigo discipulum, reprehendo virum vitiosum,
Illum vitupero de quo convicia dico.

ULCUS, id est apostema, dicitur ab oleo, oles quasi olcus quia fetet.

ULMUS quedam arbor est de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,43), «Ulmus nomen accepit quod uliginosis locis et humidis melius proficit, nam in montanis et asperis minus leta est». Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xv
5 (13,14) ubi agit de agris, «Ulgo humor terre est naturalis ab ea numquam recedens». Unde «uliginosus ager est semper uvidus. Nam humidus dicitur qui aliquando siccatur».

ULNA «secundum quosdam utriusque manus extensio est, secundum alios cubitus, quod magis verum est quia grece ulenos cubitus dicitur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xi (1,64). Item ulna dicitur quedam mensura. Unde Gre-
5 cismus (xii, 106-7),

A cubito supra dimensio dicitur ulna,
Quodque premit cubitum nos dicimus esse lacertum.

VITULUS 2 id est] vel vitulus dicitur B, vel C 3-4 de ysidori eth xii C
VITUPERO 5 spernit] reddit C

ULCUS 1 olcus] olens C

ULMUS 7 uvidus] vividus B; qui] quia D

ULNA 2 cubitus latine dicitur A 7 Post lacertum add. BC: ecce differentiam inter ulnam et lacertam

ULULA, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xii (7,38), «Avis . . . est a planctu et luctu nominata, cum enim clamat aut fletum imitatur aut gemitum. Unde apud augures, si lamentetur tristitiam, tacens ostendere fertur prosperitatem». Item
 5 in glosa Isaie xiii g (22) dicitur ulule aves sunt «magnitudinis corvine que figentes rostrum in lutum horrende strident». In Papia scribitur quod sunt «aves nocturne . . . quas vulgo gavones dicunt».

UMBILICUS «est medius locus corporis sic dictus eo quod sit umbo iliorum. Unde et umbo appellatur locus in medio clipei a quo dependet. Ex eo enim infans in utero pendet. Ex eo etiam enutritur». Eadem verba scribuntur in Papia.

UMBRA «est aer carens sole. Dicta autem sic quod fiat cum solis obicimur radiis. Est autem mobilis et incerta ex solis circuitu et ex motu ventorum. Nam quotiens movemur in sole nobiscum moveri videtur quia ubi radiis obsistimus
 5 proinde lumen illi auferimus. Sic et ingredi nobiscum umbra et gressus nostros videtur imitari». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xiii (10,13) ubi agit de arcu et nubium effectibus.

UNA, id est pariter, adverbium est congregandi et habet acutum accentum in fine.

UNCINUS, cini secundum Huguitionem (*s. v.* Unco), idem est quod uncus. Dicit enim sic, «unco, uncas dicitur curvare . . . et inde uncus, ca, cum, id est curvus. Et hic uncus, ci instrumentum curvum ad capiendum et hic uncinus, un-
 5 cini idem». Tamen Alexander Nequam (*fol.* 104,2) videtur ponere differentiam dicens in versibus suis super Exodum (28,13),

Uncus et uncinus croc et crochet tibi signant.

ULULA 4 tancens C 5 dicitur *om.* D 6 figentes C 7 quas] quos B
 UMBILICUS 4 emittitur ACD

UMBRA 2 obicitur BC 4 ubi] ibi B, ubique C

UNCINUS 1 secundum Huguitionem *om.* A, *post* uncus *posuit* B 2 dicitur] id est AC 4 instrumentum est B 6 Exodum] eodem C

Et producit hanc sillabam ci. Invehitur autem contra illos
 10 qui dicunt quod uncinus est diminutivum ab uncus et ideo
 dicunt quod debet penultimam corripere. Et horum opi-
 nionem bene improbat dicens, si uncus ex se faceret dimi-
 nutivum faceret unculus vel uncellus, sicut saccus, sacculus
 vel saccellus. Est ergo voce tenus denominativum. Dicitur
 15 autem uncinus quasi uncanus ab uncando quia curvus est
 vel quia uncat, id est curvat ramos et attrahit ad carpandos
 fructus. Unde dicit (*sc. Alexander Nequam, fol. 121^v, 23*)
 in versibus super Amos (8,1),

Unco dat uncinos et eos non parturit uncus.

20 Quod autem dicitur uncinus quasi uncidus et quasi ungue
 cedens ab ungue et cedo, dis ethimologia est potius quam
 compositio.

UNCTIONIS OLEUM vel «unguentum sanctum de iiii fiebat
 aromatibus. Aroma vero dicitur quodlibet pigmentum quod
 odore suo aera inficit quasi aerioma. Sumebantur quidem
 quingenti sicli virgultorum prime, id est precipue, mirre.
 5 Et est mirra arbor, que grece smirna dicitur, v cubitorum
 que est in Arabia, cuius virgulta Arabes exurunt ut melius
 pululent et fructificent, ex quorum nidore contraherent in-
 tolerabiles morbos nisi fumo storacis occurrerent. Cinamomi
 ducenti quinquaginta sicli, et calami totidem, cassie vero
 10 quingenti. Et est cinamomum virgultum Indie vel Ethiopie,
 duorum cubitorum, dictum quasi cannamomum quia in mo-
 dum canne subtiles habet calamos et replicatos . . . Calamus
 vero est species aromatica iuxta Libanum. Cassia in aquis
 nascitur, crescit in immensum, odorem reddit. Hec redacta

10 uncus ci B 12 bene *om.* B 14 ergo] igitur BC; voce tenus deno-
 minativum] voce tenus denominativum vocem tenens denominativi
 B 15 uncanus] uncellus B 16-17 carpendum fructus arboris B
 21 ungue] unge C

UNCTIONIS OLEUM 1 unctionis est oleum C 3 odore] ordine C 4 id
 est] et C 5 smirna BC 6 Arabes] arbores C 7 traherent C 7-8
 intolerabiles] incole rabies B 8 amitterent AD 9 ducenti qua
 quinquaginta AD; cicli B 11 cannamomum B 14 crescit in *om.* D

15 in pulverem cum oleo olivarum mensura hin conficiebantur opere pigmentarii. Et dicebatur sanctum unctionis oleum vel unguentum sanctum». Exodi xxxi f (25) ita scribitur in Historiis (1188). Partes istius unguenti plenius exponuntur supra in locis suis.

UNDA quasi eunda dicitur superior pars aque. Unde Ysidorus Ethimologiarum xiii (20,2-3) ubi agit de abisso dicit sic, «Aqua est stativa et sine motu, equalis». Unde aqua dicitur quasi equa. «Unda vero eminens liquor qui semper
5 in motu est . . . nec est unda per se aqua, sed aqua in motu quodam ab eundo et redeundo unda vocata est».

UNGUIS a greco trahit originem. Onix enim grece, unguis latine. Unde hec ungula. Vel dicitur unguis ab ungo, gis. Vide versus infra proximo positos.

UNGULA idem est quod onica. Vide supra ubi exponitur onica. Item ungula ponitur pro ungue. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,72), «Ungulas ex greco vocamus, illi enim has onices dicunt». Et dicuntur proprie ungues hominum et avium,
5 gule autem ceterorum animalium. Versus (*Grec. x, 34 et app. crit.*),

Ungues sunt hominum proprie pariterque volucrum
Sic avibus demptis, bruto datur ungula cuivis.

Item ungula genus est tormenti. Unde Ysidorus Ethimologiarum v (27,20) ubi agit de penis, «Ungule dicte quod effo-
10 diant. Hee et fidicule, quia hiis rei in eculeo torquentur ut fides inveniatur. Eculeus autem dictus quod extendatur».

UNICORNIS masculini generis sive hoc unicornium monoceros et rinoceros sive rinoceron nomina sunt eiusdem animalis quod unum cornu habet in fronte. Vide supra ubi exponitur rinoceron.

15 hinc D; conficiebatur AB 16 oleum om. AB

UNDA 3 statua A 5 est alterum om. D

UNGUIS 1 onix] onis A

UNGULA 8 demptis bruto] bruto dempto A, om. B 11 fodicule BCD

UNICORNIS 1 unicornix cis B 3 quod] quia D

VOCIFEROR, aris dicitur clamare, vocem feram emittere, et quandoque ponitur simpliciter pro loqui.

VOLUTABRUM dicitur locus cenosus in quo porci volvuntur. Et est compositum a volvo, vis vel potius a volutorio et aper, apri. Unde volutabrum quasi volutorium aprorum, id est porcorum. Vel simpliciter derivatur a voluto, tas, quod
5 est frequenter volvere, quia volutantur ibi porci. Transumptive autem accipitur volutabrum pro qualibet turpitudine in qua homo involvitur. Unde dicitur volutabrum vitiorum.

VORAGO a vorando dicitur edacitas, gulositas. Et, quia gulosus vorat omnia et consumit, ideo vorago transumptive ponitur pro consumptione et destructione. Quod enim consumitur et destruitur quasi devoratum videtur. Unde dicitur
5 vorago civitatis pro ruina vel destructione. Item quia homo vorax quasi non potest impleri cibus ideo vorago ponitur pro loco profundo et insatiabili et inexplebili, sicut est baratrum.

VORTEX, ticus apud antiquos dicebatur quod apud nos dicitur vertex. Unde in antiquis bibliis invenitur Sapientie xiii f (13), «lignum curvum et vorticibus plenum» ubi moderni libri habent verticibus. Vide supra ubi exponitur vertex et
5 vertigo. Item vortex appellatur circularis revolutio aque, sicut solet fieri ex nimio impetu aque et ubi sunt magne fovee in aqua. Unde Virgilius Eneidos vi a (VII, 30-2),

fluvio Tiberinus ameno

Vorticibus rapidus et multa flavus harena

10 In mare prorumpit.

VOCIFEROR 1 clamare] vociferari B

VOLUTABRUM 2 potius] componitur C; voluntario C 3-4 id est porcorum *om.* C 6 pro] quod C 7-8 vitiorum] modorum B, utiorum D

VORAGO 1-2 gulosus et vorax BC 2 et *om.* D; consumunt B; voragros D 7-8 baratrum vel aliquid aliud B

VORTEX 1-2 dicitur *om.* B 4 habent in verticibus D; verticibus plenum C 6-7 aque . . . aqua] aque scilicet in magnis foveis B 8 anemo C 9 flammis D

Item Ovidius Methamorphoseon ix a (106),

Vorticibusque frequens erat atque impervius amnis.

UPPUPA quedam avis est cuius expositio ponitur supra in penultimo loco dictionum incipientium ab h.

UR Chaldeorum nomen est civitatis secundum Iosephum (*in Petri Comestoris Historiis* 1091) in qua Aram sepultus est. Vide supra finem dictionum que incipiunt ab h, licet secundum Remigium non incipiat ab h sed simpliciter ab u. Unde
5 dicit in Interpretationibus, «Ur lumen vel ignis seu incendium vel fenestra».

URCEUS vas est aquarium, unde urceolus diminutivum. Et dicitur ab orce, quod est recipere. Unde hec orca, ce idem quod urceus et hec orcula diminutivum idem quod urceolus. Ita dicit Huguitio (*s. v. Orche*) et sumit ab Ysidori Ethimologiarum xx (6,5) ubi agit de vasis aquariis.

UREDO, dinis dicitur corruptio ex urente vento proveniens quando stantes segetes aduste videntur in campo.

URGEO, ges, si, gere, sum. Ita declinat Huguitio secundum Priscianum. Et est idem quod «stringere, coercere, stimulare». Et nota quod aliqui moderni subticent preteritum et supinum huius verbi urgeo propter concidentiam genitivi et
5 accusativi huius nominis ursus, ursi, sed in hoc non sequuntur Priscianum.

URINA «dicta sive quod urat sive quod ex renibus egreditur.

UR 2 qua] quo C 3 finem scilicet dictionum B 4 non] si C 5 interpretationibus suis C

In marg. fol. 204^v add. D: urbs dicitur quasi orbs ab orbe id est rotunditate quia antiquitus fiebant rotunde urbes vel dicitur ab urnus ni vel urbus bi quod est pars aratri quia aratro murus civitatis solebat designari

URCEUS 1 unde] vel AB 2 orce] ore C; orca huius ce A 3 idem est quod BC

URGEO 1 gere *om.* BD 2 et *om.* D

URINA 1 sive . . . sive *om.* B

Cuius indicio et salus et egritudo futura monstratur. Qui humor vulgo lotium dicitur quod eo lota, id est munda, vestimenta efficiantur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xi (1,138).

URSUS «fertur dictus quod ore suo formet fetus, quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus et carnem quandam nasci, quam mater lambendo in membra componit. Sed hoc immaturitas partus facit. Denique xxx die generat. Unde eve-
5 nit ut precipitata fecunditas informis procreetur. Ursorum caput invalidum est, vis maxima in brachiis et lumbis. Unde interdum erecti insistent». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xii (2,22) ubi agit de bestiis. Vel potest dici ursus ab urgeo, ges quia fortiter urget, id est stringit, quem apprehendit.

URTICA ex eo vocata quod tactus eius corpus adurat. Est enim ignee omnino nature et tactu perurit. Unde et pruriginem facit. Unde dicit Macer De viribus herbarum (115-18),

5 Dicimus urticam quam Grecus acaliphe dicit,
 Fervida non modice vis illi dicitur esse,
 Unde nec immerito nomen sumpsisse videtur,
 Tacta quod exurat digitos urtica tenentis.

USURA est excrementum pecunie mutuate. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum v (25,15) ubi agit de rebus, «Usura est incrementum fenoris ab usu eris crediti nuncupata». Unde usuro, ras, id est usuram facere.

USURPO, pas dicitur «contra usum rapere» vel in usum rapere sive in usum habere. Ita dicit Hugutio (s. v. Utor), et

2 et *primum om.* C; futura *om.* C 3 quod] quia D; quod eo lota] eo quod lora B 4 efficiantur A

URSUS 1 dictus eo quod D 2 partus] postea B; quantam C 4 deinde ABD 5 precipita C 6 in validum D; et in lumbis B 9 id est] et C; quem] quicquid C

URTICA 7 tracta D; que C; exurit B

In marg. fol. 205 add. D: usucapio est adeptio domini per continuationem iuste possessionis vel biennii vel alicuius temporis

USURA 3 fenoris *om.* B

USURPO 1-2 vel . . . rapere *om.* B 1 vel] sive C 1-2 rapere] capere C 2 usu B

dicit quod componitur ab *utor* vel ab *usus* et *rapio*, *pis*.
 Secundum Papiam *usurpare* dicitur *presumere* vel *illicite*
 5 *uti* et est *verbum activum*.

USQUEQUO, id est *aliquantulum*, *adverbium* est *quantitatis*.
 Unde in *Psalmo* (89,13), «*Convertere, domine; usquequo?*»
 etc. Item *usquequo*, id est *undique*, *adverbium* *loci*. Unde
Zacharie viii g (20), «*Usquequo veniant populi*», id est «un-
 5 *dique*» dicit *glosa*. Item *usquequo*, id est *quousque* vel
quamdiu, *adverbium* est *temporis*, ut ibi (*Ps.* 12,1), «*Us-*
quequo, domine, oblivisceris me in finem?» Item pro *donec*
adverbium est *temporis*. Unde i *Machabeorum* i g (2 *Mc.*
 1.30), «*Sacerdotes psallebant hymnos, usquequo consum-*
 10 *ptum esset sacrificium*». Et semper ad modum *dactili* debet
pronuntiari in *prosa*.

USTULO, *las* idem est quod *urere* vel *incendere*. Et formatur
 ab ultimo *supino* huius *verbi* *uro*, *uris*, *ussi*, *urere*, *ustum*, *tu*.
 Addita *lo* fit *ustulo* et corripitur hec *sillaba* *tu*. Unde ii
Esdre iii f (III *Es.* 4,52) ubi nostra *translatio* habet «et super
 5 *sacrarium holocaustomata hostilare cotidie*» *alicubi* *inveni*
 «*estutare*». Credo autem, sicut supra dictum est, quod *hosti-*
lare *nichil* sit nec *estutare* debeat esse *littera* sed *ustulare*, id
 est *incendere* vel *urere*. Alia *translatio* est «*Iussit dari per*
annos singulos talenta xx donec peredificetur et super aram
 10 *holocausta immolari cotidie*». Si vis *ethimologizare*: *hosti-*
lare, id est *hostias litare* vel *hostias libare* vel *quocumque*
modo volueris.

UTER, *utris* *vas* est *vinarium* et *proprie* de *corio*. Et dicitur
uter ab *utero* eo quod ad modum *uteri* *amplius* sit et *inflatus*.

USQUEQUO 2 in *om.* B 3 item *om.* B 4 *venient* C 5 id est *quousque*
om. D 8 i *primum*] et D 10 *esset*] est A, *esse* D

USTULO 2 *urere om.* A 5 *holocaustamata* B 6 *estutare*] *ustulare* C
 7 *estulare* C; sed] si C; *vitulare* D 8 *alia om.* A 9 *peredificeretur*

D 10 *ethimologiam* B, *ethilogizare* D

UTER 1-2 et *alterum* . . . *utero om.* C

UTERUS proprie est venter mulieris. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,134-6), «Uterum sole mulieres habent, in quo concipiunt, ad similitudinem cauliculi. Tamen auctores uterum pro utriusque sexus ventre plerumque ponunt
 5 . . . Vocatus autem uterus quod duplex sit et ab utraque parte in duas se dividat partes, que in diversum diffuse ac reflexe circumplicantur in modum cornu arietis. Vel dicitur uterus eo quod interius impleatur fetu . . . Aqualiculus autem proprie porci est». Nota differentias supra positas ubi exponitur alvus.

UTERINI dicuntur proprie qui ex eodem utero et diversis patribus sunt orti quia uterus tantum mulieris est. Unde dicitur uterinus, na, num.

UVA dicitur ab humeo, es quasi humida. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (5,13), «Uve dicte quia intrinsecus humoris sunt plene, succique et pinguedinis». Nota versus quos ponit Alexander Nequam (*fol.* 106, 4-6; 8-10),

- 5 Pampinus est folium vitis, ramusculus huius
 Palmes, sarmentum ramus precisus ab illa,
 Componunt uve quas uvis botre racemos.
 Horum folliculi tibi sint vinacia, claudunt
 Arillos acini, sint hiis tibi significati,
 10 Folliculus turget arillis glarea mixta.

Item nota quod dicitur uva in ore quia pendet ad modum uve et est semper humida. Unde uvula diminutivum. Item nota quod uva dicitur multorum granorum adunatio. Racemus dicitur unum granum. Botris dicitur congregatio uva-
 15 rum, quod gallice dicitur moissine. Glarea dicitur humor racemi. Vinacium dicitur folliculus in quo glarea continetur.

UTERUS 1 venter] uter B 2 xii B 3 aqualiculi BC 5 vocatus est B quod] quia BC 7 triplicantur AD 7-8 eo quod interius] quasi interius vel eo quod interius B 8 autem *om.* B

UTERINI 2 uterus *om.* C; est *om.* D 3 dicitur *om.* C

In marg. fol. 205 *add.* D: uti id est quomodo ut uti sponsus de thalamo.

In marg. fol. 203^v *add.* D: utpote tamquam veluti quasi

UVA 2 quia] quod C 3 humore sint B 5 est *om.* C 7 uvis] vernis C 11 in ore] more AB; pendent ABD 13 uva] racemus B 16 vinacium] vinus acinus B

Arillus est granellum quod est in racemo, quod alio nomine dicitur acinus. Et ita intelligendi sunt supradicti versus.

UVA PASSA multis modis fit. Aliquando enim torquetur illud per quod uva dependet a vite, ita quod non possit humor ulterius ad uvam ascendere, et sic permittitur per aliquot dies exsiccare a sole. Et hec dicitur uva passa propter calorem solis quem patitur, et est optima ad comedendum. Aliquando racemi involvuntur in pampinis, id est in foliis vitis, et circumligantur folia illa cum filo ne racemi dispergantur; et postquam panis extractus est de clibano, quando calor est temperatus, ponuntur in clibano sic involuti racemi et aliquamdiu exsiccantur ibidem, et sic exsiccati dicuntur uva
 10 passa propter calorem quem in clibano sustinuit. Simili modo in fumario quandoque fit uva passa. Et potest uva passa servari per totum annum. Similiter et in succidio conservatur. Unde dicit Alexander Nequam (*fol.* 106,2-3),

15 Dant uvas passas clibanus, fumaria, Phebus,
 Succidium; reliquis potiores sol parit uvas.

UVA PRECOQUA, id est precox, dicitur uva prematura quia precoquitur a sole, id est ante alias ad maturitatem producit. Versus,

Precoqua vel precox tibi prematura sit uva.

VULGUS dicitur plebs, populus promiscuus vel passim inhabitans multitudo. Et dicitur a volo, vis eo quod unusquisque faciat quod vult. Et dicit Priscianus (VI, 91) quod vulgus tam masculini quam neutri generis invenitur. Unde secundum
 5 Gregorium (*Moralia*, PL 75,1151) scribitur Iob xxiiii (9)

17 racemis C

UVA PASSA 1 torquet A 2 humo C 3 aliquos C 7 illa om. D; racemi illi B 8 et om. B 9 in om. D; et om. C 10 excissantur A 11-12 propter . . . passa *primum* om. C 11 sustinuit] sustinuerunt vel sustinuit vel passi sunt vel passa est B 11-12 simili modo] similiter B 13 succiduo BC 13-14 servatur B

UVA PRECOQUA 1 id est] vel BC

VULGUS 1 populus plebs populus B 2 volvo volvis D

«et vulgum pauperem spoliaverunt» ubi aliqui vulgus pauperum corrigunt vel forte corrumpunt. Item a vulgo dicitur vulgo, vulgas, id est publicare. Item iste ablativus vulgo ponitur adverbialiter, sicut Ieremie iii a (1), «Vulgo dicitur»
 10 etc., id est ubique vel per vulgum sive vulgariter.

VULNUS et ulcus ita distinguuntur quia «vulnus ad animam refertur, ulcus vero ad corporis iniuriam. Item vulnus est corporis plaga recens, ulcus vero inveteratum vulnus». Ita dicit Papias. Ysidorus vero dicit in iiii Ethimologiarum (8,19)
 5 quod «vulnus est quod ferro fit, quasi vi; ulcus vero est ipsa putredo». Unde dicitur ulcus quasi olcus ab olendo, sicut supra dictum est in loco suo.

VULPES «dicitur quasi volupes. Est enim volubilis pedibus et numquam rectis itineribus sed tortuosis anfractibus currit, fraudulentum animal, insidiis decipiens. Nam dum non habuerit escam fingit mortem. Sicque quasi descendentes ad
 5 cadaver aves rapit et devorat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,29). Nec debet dici vulpis in nominativo. Dicit enim Priscianus (III, 33) agens de diminutivis «in es productam desinentia feminina tertie vel quinte declinationis abiecta s assumunt cula et faciunt diminutiva et servant e
 10 productam, ut vulpes vulpecula» etc.

VULTUR avis rapax est de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,12), «Vultur a volatu tardo nominatus putatur, nam pro magnitudine corporis prepetes volatus non habet. Horum quosdam dicunt concubitu non misceri et sine copula
 5 concipere et generare, natosque eorum pene usque ad cen-

9 sicut] sic D 10 id est vulgo ubique C

VULNUS 2-3 ad corporis . . . ulcus vero *om.* A 4 in *om.* B

VULPES 1 dicta BD 2 cucurrit A 3 deinceps C; non *om.* C 9 s assumunt] is faciunt C

VULTUR 2 xii a C; vultur *om.* C; nominatas AC, denominatus B; *post* putatur *add.* AB, *in marg.* D: vultur dicitur quasi volatu tardus vel (vel quasi B) volans tarde 3 prepotes C 4 harum quasdam A, horum autem quosdam B; commisceri B 5 earum A

tum annos procedere. Vultures autem, sicut et aquile, etiam ultra maria cadavera sentiunt; altius quippe volantes multa, que ex montium obscuritate celantur, ex alto illi conspiciunt ».

VULTUS «dictus quod per eum voluntas animi ostenditur. Secundum voluntatem enim in varios motus mutatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,34). Dicitur itaque a volo, vis. Et assignat Ysidorus differentiam inter faciem
5 et vultum dicens ibidem (33), «Facies dicta est ab effigie. Ibi enim est figura hominis et uniuscuiusque cognitio . . . (34) Facies simpliciter accipitur de uniuscuiusque naturali aspectu, vultus autem animorum qualitatem significat». Et hoc
10 idem dicit Papias, sed per alia verba. Facies, inquit, est naturalis oris habitus immutabilis, vultus autem pro rerum ac temporum qualitate varius et commutabilis interdum affectione animi, modo letus, modo tristis. Unde vultuosi dicuntur tristes vel qui sepe vultus commutant.

VULVA dicitur «quasi valva, id est ianua ventris, vel quod semen recipiat vel quod ex ea fetus procedat». Verba sunt Ysidi Ethimologiarum xi (1,137).

UXOR quasi unxior ab ungendo dicitur quia antiquitus oleo uxores ungebantur. Vide Ysidi Ethimologiarum ix (7,12).

X

XANDICUS Macedonum lingua mensis Aprilis dicitur. Invenitur autem Xandicus ii Machabeorum xi g et xii a (11,30 et 11,38).

XPC «a crismate est appellatus, id est unctus. Preceptum

6 et om. CD 8 ille A, ipsi B

VULTUS 1 dictus est quod B 2 distinguitur et mutatur B 3 itaque] autem BD, om. C 6 est] cognoscitur B 10 oris om. C 11 varia B; commutabilis et interdum AC 13 vultus om. A

UXOR 2 xi B, xi g C, x g D

XANDICUS 2 a om. A

enim fuerat Iudeis ut sacrum conficerent unguentum quo perungi possent hii qui vocabantur ad sacerdotium vel ad regnum. Et sicut nunc regibus indumentum purpure insigne est regie dignitatis, sic illis unctio sacri unguenti nomen ac potestatem regiam conferebat. Et inde Christi dicti a crismate, quod est unctio. Nam crisma grece latine unctio dicitur, que etiam domino nomen accommodavit facta spiritalis quia spiritu unctus est a deo patre, . . . non utique oleo
 10 visibili sed gratie dono, quod visibili significatur unguento. Non est autem salvatoris proprium nomen Christus, sed communis nuncupatio potestatis. Dum enim dicitur Christus commune dignitatis nomen est, dum Iesus Christus proprium est vocabulum salvatoris. Christi autem nomen
 15 nusquam alibi omnino nec in aliqua gente fuit nisi tantum in illo regno ubi Christus prophetabatur et unde venturus erat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vii (2,2-5). Item in primo (27,27), «Xpc quia grecum est debet scribi per x. Similiter et xrisma». Figure autem quibus scribitur apud Grecos sunt
 20 chi, id est c aspiratum, ro, id est r, sima, id est s, et apanusirma, id est superior tractus. Unde quando sic scribitur Xpc non sunt latine littere sed grece. Vide supra ubi exponitur Ihs in fine.

XPC 5 sic et illis A 8 domino nostro nomen C 8-9 spiritualis B 10 visibili *primum*] visibiliter ABD 11 Christus] Christo C 15 nusquam AD; aliqua parte vel gente B 17 idem B 19 crisma CD 20 aspirant C 20-21 a panus ima B *In marg. fol. 206 add.* D: christus id est unctus nota quod hec figura x representat apud grecos ch et vocatur chi p hec figura representat apud grecos r et dicitur apud eos ro c hec figura representat apud grecos s et vocatur sima ergo figure in hoc nomine xpc representant illa elementa que apud grecos habent representare chi ro sima et non que habent representare apud nos quisque ergo caveat in litterando illud nomen scriptum et non dicat x . pe.ce sed dicat chi . ro. sima ista enim sunt nomina illorum elementorum que apud grecos sed si quis abhorreat nomina greca abhorreat et predictam scripturam et scribat illud nomen latinis figuris scilicet cristus vel ut satis faciamus idyote scribant xpc grecis litteris in litterando proferant nomina latina quorum elementorum que representant ille figure dicant ch . r. s. titulus xpc

Z

ZELUS, sicut dicit Papias, dicitur «invidia sive contentio». Inter zelum tamen et invidiam hoc interest quia «zelus in bonam partem accipi potest, quasi cum quis nititur in ea que bona sunt emulari, et in malam partem cum quis dolet
 5 alium se esse meliorem». Iste zelus invidie est. Invidus vero qui feliciori invidet, aliena felicitate torquetur dum dolet se ei non esse similem, et sic invidia numquam accipitur in bono. Secundum Huguitionem zelus dicitur «invidia, emulatio, amor, fervor in bono vel in malo . . . Et inde dicitur
 10 zelo, las activum et zelor, aris deponens in eodem sensu, id est amare vel invidere vel emulari sive sequi per invidiam sive per amorem . . . Item a zelus hic zelotes, id est emulator». In Historiis (1219) autem super v Numerorum (14) dicitur sic, «Zelus proprie dicitur amor viri in uxore,
 15 rem, pro quo non potest sustinere ut alii misceatur, unde vir dicitur zelotes. Zelotipia vero quandoque dicitur mechia et zelotipus adulter. Solet ergo zelotipia dici sola suspicio adulterii, de qua agitur in v Numerorum». Secundum ergo quod zelus est amor viri in uxorem, pro
 20 quo nequit sustinere alterum ad ipsam accedere, dicitur dominus a zelo zelotes quia non permittit animam sibi desponsatam fornicari post deos alienos. Simon vero apostolus zelotes dictus est a vico Gallilee, Chana, ubi aquas dominus convertit in vinum, Chana enim zelus interpretatur,
 25 et inde Chananeus, id est zelotes. Zelus componitur cum tipus, quod est figura, et dicitur zelotipus, pa, pum, id est zelo plenus, invidus, suspiciosus, qui habet suspicionem de uxore sua, qui cum cruciatu mentis castitatem servat uxoris.

In marg. fol. 206^v add. D: zabulus sathanas quod latine sonat adversarius vel transgressor

ZELUS 2 tamen] autem C; hoc] licet AD 5-6 vero est qui B 6 feliciorum D; invidet et aliena B 7 numquam om. C 10 zolo D 11 insequi D 13 super om. A 18 quo AD 19 ergo] vero A 20 nequivit C; altera A, alteram B 22-23 apostolus] apud D 23-24 dominus om. B 28 castitatem iteravit D

ZIO apud Hebreos dicitur mensis Maius, sicut dicit glosa iii Regum vi (1), et est indeclinabile secundum Remigium qui dicit in Interpretationibus, «zio ductio vel oliva». Sed Magister in Historiis (1354) dicit, «mense secundo, qui Zius
5 apud Hebreos dicitur, apud nos Maius, cepit Salomon edificare templum domino». Neutrum spernendum puto, primum dico tenendum.

ZIZANIA herba quedam est de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,106), «Zizania, quam poete semper infelix lolium dicunt, eo quod sit inutile et infecundum». Et est feminini generis in singulari, licet quidam dicant hoc zizanium vel zizania. In plurali vero est feminini generis et neutri. Unde versus (*Doctr.* 366),

Est zizania, sunt zizania plura nieque.

ZONA «grecum est, quam illi zonarim, nos cingulum appellamus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (33,3) ubi agit de cingulis. Item zone dicuntur quidam circuli sive regiones celi, de quibus dicit Ysidorus Ethimologiarum iii
5 (44,1), «Zone celi quinque sunt, quarum distinctionibus quedam partes temperie sua incoluntur, quedam immanitate frigoris aut caloris inhabitabiles existunt. Que ideo zone vel circuli appellantur eo quod in circumductione spere existunt». Vide tractatum de spera.

ZOROBABEL «apud Hebreos ex tribus nominibus integris traditur esse compositum: zo iste, ro magister, babel proprie Babiloniam sonat; et efficitur nomen Zorobabel, iste magister de Babilone. In Babilone enim ortus est, ubi et princeps
5 Iudee extitit». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum vii (6,81).

ZIZANIA 4 quidam] qui C 6 unde *om.* D

ZONA 1 nos vero cingulum B 3 item] idem B

ZOROBABEL 2 traditur] creditur C 4 Babilone *alterum*] babilonem A; enim] autem D, *om.* A 5 Iude AC, inde B; existit B; Verba... vii *om.* B

Hic ego doctorum compegi scripta sacrorum
Floribus auctorum, loca certa notando librorum,
In serie quorum textus patet hic positorum.
Previe cunctorum consummatorque bonorum,
5 Lux occultorum, via veri, dux dubiorum,
Sit tibi, celorum rex, gloria, culmen honorum
Quod completorum datur hic mihi meta laborum.
Egis egenorum, numero quia dego minorum,
Te precor, ipsorum comitem me fac meritorum
10 Sorte beatorum quod sim velut unus eorum.
Amen.

INDEX FONTIUM

Alanus ab Insulis: *Anticlaudianus* v, 537 Isopus; ix, 89 Trituro

Alexander de Villa Dei: *Doctrinale* 170-1 Semis; 237 Cepe; 366 Zizania; 370 Epule, Fasciculus; 371-2 Locus; 371-3 Baltheus; 377 Porrum; 378 Frenum; 380 Altilia; 380-1 Suppellex; 382 Tartarus; 392-4 Imbecillis; 395-6 Metallum; 405-7 Spes; 415 Ilium; 615 Gigas; 617-9 Circumpedes; 620-3 Hebes; 621 Teres; 651 Nepos; 653-9 Abissus; 708-9 Explicare; 736 Prandium; 765-6 Lino; 775 Recenseo; 788 Elicio; 840 Abscondo; 853-4 Pango; 856-7 Punctus; 829-4 Accitus; 892-4 Recenseo; 895-6 Plecta; 917 Salio; 930-1 Ambire, Initus; 945 Intueri; 947-8 Remetior; 976-7 Exulo; 978-9 Exulo, Vapulo; 983-4 Memini, Novi, Odio; 1030 Queso; 1031 Mereo; 1265-9 Celare, Flagitium; 1478 Magdalenus; 1634-6 Putredo; 1835 Extrico; 1974 Putredo; 2025 Tristegum; 2058 Posticum; 2073 Anaglipha; 2101 Anaglipha; 2105 Butirum; 2110 Paralisis; 2172-3 Sanguisuga; 2307-8 Abba, Alleluia

Alexander Nequam: *Corrogationes Promethei* 671 Coccus; 674 Aphedno; 677 Amelech

— *Corrogationes versificatae* 103^v, 6 Iacinctinus; 104, 2 Uncinus; 105, 8-9 Lippus, Pustula; 105^v, 19 Batilla; 106, 2-3 Uva passa; 106, 4-6 et 8-10 Uva; 106, 13-17 Anathema; 109, 4 Exenterare; 109^v, 19 Lappates; 111, 15-16 Cistarcha; 111^v, 18 Formella; 111^v, 23-5 Lictor; 113^v, 2 Tipsana; 114^v, 2 Hamulas; 114^v, 6 Bethavin; 115, 21-4 et 115^v, 1-2 Burdo; 119, 7 Trieris; 119, 21 Runcina; 121, 9-12 Aphedno; 121^v, 23 Uncinus; 122, 8 Trituro; 123, 10 Cornustibii; 123^v, 17-18 Malum; 127, 12-13 Traducere; 128, 3 Grabatum

Andreas (Sancti Victoris?): Mello; Ramathaim; Velamen

Arnulphus: Locusta, Mel silvestre

Augustinus: *Confessiones* x, 33 Psalterium

— *De civitate Dei* iv, 8 Runcina; vii, 24 Scapula; xx, 7 Pavo

— *De concordia evangelistarum* (PL 34) 1198 Vespere autem Sabbati

— *De Doctrina Christiana* (PL 34) 44 Adulterine plantationes, Spurius

— *De sermone in monte* (PL 34) 1239 Apex, Iota

— *Enarratio in Psalmos* (PL 38) 689 Ramnus

— *In Iohannis Evangelium tractatus* (PL 35) 1512 Puteus; 1764 Osanna

— *Sermo* 168 (PL 38-9) 2070 Pasche

— *Vide et Pigmei*; Scribere; Sponsus

Beda: (Compotum) *De temporibus* I Punctus; 1-11 Momentum; iv Sabbatum

(Compotum) *De temporum ratione* xi Adar; xxxiv Anaglipha

De natura rerum (PL 90) 252 Iris

In Marci Evangelium Expositio (PL 92) 187 Sandalium

Super Acta Apostolorum Expositio (PL 92) 953 Idiota

Vide et Beelzebub

Bene: *Paris. Lat. Nuov. Acq.* 353, fol. 48 Tristegum; fol. 49 Bissus, Saphirus; fol. 49^v Isopus, Suffoco

Bernardinus Silvestris: *De mundi universitate* III, 361 Isopus

Biblia: *Genesis* 1, 1 Prophetare, Prophetia; 1, 2 Tenebre; 3, 6 Vir; 3, 17 Rusticatio; 3, 19 Saducei; 3, 21 Perizoma; 4, 24 Septuagies septies; 6, 14 Levigo; 6, 16 Tristegum; 8, 1 Spiritus; 8, 21 Odor; 10, 22 et 24 Hebrei; 18, 11 Muliebria; 19, 11 Cecitas; 20, 16 Vela men; 24, 22 Siclus; 24, 32 Desterno; 25, 34 Primogenita; 27, 36 Supplantare; 29, 25 Impono; 30, 14 Mandragora, Messis; 30, 42 Admissura; 34, 30 Patrare; 38, 14 Bivium; 38, 29 Maceria; 39, 11 Arbiter; 50, 22 Inpresentiarum

– *Exodus* 3, 17 Cerimonia; 4, 21 Ostentum; 7, 1 Deus, Prophetare; 9, 9 Vesica; 21, 2 Cerimonia; 22, 15 Inpresentiarum; 22, 28 Deus; 23, 20 Cerimonia; 25, 6 Concinnare; 29, 2 Crustum, Linio; 29, 23 Crustum; 30, 18 Labia; 30, 34-5 Thimiama; 32, 32 Scribere; 37, 6 Oraculum

– *Leviticus* 1, 16 Vesica; 11, 19 Caladrius; 13, 29 Vir; 19, 23 Preputium; 23, 40 Mirtus, Spatula; 26, 3 Cerimonia

– *Numeri* 4, 14 Batilla, Tridens; 10, 6 Tuba legalis; 11, 29 Prophetare; 21, 6 Igniti serpentes

– *Deuteronomium* 14, 4-5 Orix, Pigargus; 14, 5 Cameleon pardulus; 14, 9-16 Herodius; 14, 18 Caladrius; 20, 5 Dedicare; 20, 6 Communis; 25, 2-3 Quinquies; 28, 56-7 Illuvies

– *Iosue* 5, 11 Polenta

– *Iudices* 7, 5 Lambo; 14, 20 Pronuba; 16, 21 Molo; 17, 5 Teraphim; 19, 13 Rama

– *Ruth* 1, 18 Obstinatus

– *I Regum* 4, 9 Vir; 5, 9 Extalis; 6, 18 Abel; 8, 13 Focaria; 9, 7 Cistarcha, Sitarcia, Sporta; 13, 21 Retundo, Tridens; 16, 20 Asinus panibus plenus; 17, 18 Formella; 20, 3 Gradus; 20, 17 Deierare; 24, 5 Prescindo; 27, 3 Scarioth; 28, 7 Phiton

– *II Regum* 1, 18 Arcus; 1, 21 Montes Gelboe; 3, 29 Fusus; 5, 8 Domatum fistule; 8, 16 A commentariis; 11, 4 Sanctificata; 12, 31 Tibus; 14, 4 Scarioth; 16, 1 Massa; 20, 18 Abel; 21, 19 Filius saltus; 24, 16 Suffectus

– *III Regum* 4, 33 Isopus; 5, 13 Indictio; 6, 31 Oraculum; 7, 17 Versus; 7, 31 Intercolumnium; 7, 38 Concha; 7, 40 Amula, Hamulas, Scutra; 9, 13 Cabul; 10, 11 Thina ligna; 11, 27 Mello; 12, 11 Scorpio; 14, 21 Scarioth; 14, 24 Effeminati; 22, 26 Amelech

– *IV Regum* 1, 2 Cancellus; 4, 42 Frumentum; 5, 19 Electum; 5, 26 Prophetare; 6, 18 Cecitas; 6, 25 Cabus; 10, 27 Latrina; 11, 8 Septum

- *I Paralipomenon* 11, 22 Ariel; 20, 5 Filius saltus; 23, 5 Psaltes; 25, 1 Prophetare
- *II Paralipomenon* 4, 6 Concha; 9, 10 Thina ligna; 9, 21 Pavo; 18, 25 Amelech
- *II Esdrae* 8, 10 Mulsum
- *Tobias* 2, 19 Texo; 8, 2 Cassidile; 11, 14 Albugo
- *Iudith* 2, 13 Opinatissimus; 10, 3 Mirrum; 10, 5 Abra; 16, 8 Titan
- *Esther* 2, 3 Mundus muliebris; 3, 8 Scitum; 13, 18 Impendeo
- *Iob* 1, 5 Orbis; 13, 26 Scribere; 13, 27 Nervus; 14, 19 Alluvio; 17, 1 Spiritus; 19, 24 Celtis; 21, 33 Glarea; 22, 11 Oppressum iri; 24, 9 Vulgus; 26, 13 Obstetrix; 28, 16 Sardonicus; 36, 32 Immanis; 39, 13 Structio; 40, 10 Behemoth; 40, 21 Armilla
- *Psalmi* 5, 2 Verba; (10) 18 Pupillus; 12, 1 Usquequo; 17, 13 Prefulgurus; 23, 10 Sabaoth; 34, 21 Euge; 36, 12 Observare; 39, 8 Caput; 44, 1 Eructo; 73, 16 Fabrica; 77, 39 Spiritus; 77, 45 Cinomia; 77, 65 Crapula; 77, 70 Fetans; 80, 4 Tuba legalis; 89, 13 Usquequo; 95, 5 Deus; 97, 7 Orbis; 101, 7 Domicilium; 103, 17 Herodius; 103, 18 Cirogrillus; 103, 25 Repo; 104, 30 Penetrare; 105, 28 Initior; 117, 25 Prosper; 118, 87 Paulominus; 118, 164 Septies; 119, 5 Incolo; 131, 5 Tempus; 132, 1 Quam; 143, 6 Fulguro; 149, 8 Manica; 150, 4 Chorus
- *Proverbia* 3, 23 Impingo; 3, 31 Emulor; 7, 6 Cancellus; 11, 21 Manus; 20, 25 Devotare; 23, 21 Simbolum; 23, 34 Clavi; 26, 8 Acervus Mercurii; 31, 22 Purpura
- *Ecclesiastes* 3, 19 Spiritus; 7, 17 Severus; 10, 4 Spiritus
- *Canticum* 1, 10 Vermiculatus; 2, 12 Putare; 2, 17 Aspirare; 5, 11 Elate; 7, 5 Purpura
- *Sapientia* 2, 14 Traducere; 4, 3 Spurius, Vitulamen; 5, 15 Lanugo; 9, 4 Assistrix; 11, 8 Traducere; 11, 18 Materia; 12, 1 Quam; 13, 13 Vertex, Vortex; 13, 14 Fucus; 16, 20 Manna
- *Ecclesiasticus* 3, 28 Pravicors; 4, 13 Placet; 5, 17 Denotatio; 7, 16 Rusticatio; 9, 3 Multivola; 13, 13 Impingo; 15, 12 et 13 Implanare; 20, 31 Velamen; 21, 5 Cathaplectatio; 21, 18 Scius; 22, 21 Impendium; 24, 21 Galbanum; 25, 34 Venia; 26, 6 Delatura; 27, 5 Aporia; 27, 7 Rusticatio; 28, 19 Viratus; 32, 11 Caput; 32, 15 Tricare; 36, 27 Sepes; 37, 12 Traiectio; 38, 17 Delatura; 38, 22 Pessimo; 40, 22 Sario; 42, 6 Signa; 42, 9 Abscondita filia; 45, 10 Humerale
- *Isaias* 1, 18 Coccus; 3, 15 Commolo; 6, 6 Calculus; 7, 14 Prophetare, Prophetia; 15, 5 Conternans; 18, 2 Vasa papiria; 19, 10 Flactens; 19, 13 Angulus; 27, 1 Leviathan, Vectis; 28, 4 Temporaneum; 29, 1 Ariel; 34, 11 Ibices; 36, 22 Acommentariis; 38, 14 Spondeo; 40, 12 Palmus; 40, 15 Momentum; 44, 9 Plastes; 44, 16 Vath; 45, 9 Samia; 45, 14 Manica; 59, 5 Aspis; 59, 16 Aporia; 60, 6 Dromedarius; 65, 4 Ius; 66, 17 Mus

- *Ieremias* 1, 6 A; 2, 22 Borith; 3, 1 Vulgus; 17, 11 Perdix; 20, 7 Seducere; 32, 11 Ratus; 36, 18 Scribere; 48, 12 Stratores; 48, 34 Conternans; 50, 39 Ficarius; 51, 13 Pedalis
- *Threni* 3, 7 Compes; 4, 3 Lamia; 4, 5 Crocus; 4, 14 Lacinia
- *Baruch* 1, 10 Manaa; 3, 17 Ludere
- *Ezechiel* 7, 6-7 Contractio; 8, 3 Emulor; 10, 4 Cherub; 13, 10-12 Linio; 17, 22 Distingo; 21, 11 Exacutus; 27, 6 Pretorium; 27, 15 Dentis; 27, 16 Chodchod, Scutulata; 36, 4 Parietinas; 40, 5 Palmus; 43, 13 Diffinitio, Sinus; 43, 14 Crepido; 43, 15 Ariel; 46, 11 Eph; 48, 15 Profanus
- *Daniel* 3, 1 Duram; 3, 46 Maleus, Napta; 4, 5 Collega; 5, 25 Mane techel phares; 6, 6 Surripio; 11, 36 Diffinitio; 11, 45 Aphedno; 13, 17 Migma, Smigma; 14, 13 Cinus; 14, 32 Intero
- *Osea* 13, 15 Desolor
- *Ioël* 3, 13 Maturus
- *Amos* 1, 2 Pastoralia; 3, 9 Penetrare; 6, 10 Penetrare; 7, 7 Linio; 7, 17 Meta
- *Michaeas* 2, 11 Spiritus; 5, 2 Bethleem
- *Nahum* 3, 17 Consideo
- *Sophonias* 3, 18 Nugas
- *Aggaeus* 1, 4 Laqueatus
- *Zacharias* 1, 7 Sabbath; 3, 8 Portendo; 8, 20 Usquequo; 9, 12 Vincio; 12, 11 Adremon
- *I Machabaeorum* 1, 15 Gignasium; 1, 16 Preputium; 3, 55 Tribunus; 7, 45 Significare; 11, 28 Toparchia; 15, 6 Percussura
- *II Machabaeorum* 1, 30 Usquequo; 4, 1 Delator; 4, 9 Ephebus; 4, 18 Agon; 4, 31 Suffectus; 7, 34 Spes; 8, 33 Epinichia; 9, 16 Presto; 11, 11, 30 et 11, 38 Xandicus; 15, 36-7 Pridie
- *Matthaeus* 1, 19 Traducere; 2, 1 Magi; 2, 18 Rama; 4, 1 Spiritus; 5, 18 Apex; 6, 16 Exterminare; 6, 26 Magispluris; 7, 2 Remetior; 11, 5 Evangelizare; 12, 31 Blasphemia; 14, 25 Quatuor vigilias; 17, 23 Dragma; 18, 22 Septuagies septies; 19, 24 Foramen; 20, 13 Convenire; 21, 2 Asina; 22, 4 Altilia; 24, 26 Penetrare; 25, 23 Euge; 26, 2 et 26, 17 Pasche; 27, 6 Corbanan; 27, 40 Vath; 27, 50 Spiritus; 28, 1 Sabbatum
- *Marcus* 4, 19 Suffoco; 6, 9 Sandalium; 7, 11 Corban; 7, 34 Effeta; 12, 42 Minutum, Quadrans; 14, 12 Azimus; 14, 13 Amphora; 15, 34 Heli
- *Luca* 1, 1 Quoniamquidem; 1, 35 Obumbrare; 2, 7 Diversorium; 2, 22 Sisto; 6, 1 Sabbato; 11, 15 Beelzebub; 11, 28 Quinimmo; 11, 41 Elemosina; 11, 51 Edes; 12, 2 Gehenna; 15, 8 Dragma; 15, 25 Chorus, Simphonia; 16, 6 Cautio; 21, 38 Manico; 22, 10 Amphora; 22, 44 Plectens; 24, 13 Aphedno
- *Iohannes* 1, 14 Verba; 4, 9 Coutor; 9, 7 et 9, 11 Natatoria; 10, 35 Deus; 13, 1 et 18, 28 Pasche; 19, 2 Plectens

- *Actus* 1, 12 Sabbati; 3, 2 Porta Speciosa; 4, 13 Idiota; 6, 9 Libertini; 9, 36 Dorchas; 10, 30 Nudiustertius; 11, 8 Commune; 13, 1 Prophetare; 13, 8 Elimas; 18, 3 Cenofactoria, Scenofactoria; 21, 39 Municipis; 28, 11 Insigne
 - *ad Romanos* 10, 2 Emulor; 11, 16 Delibare; 13, 13 Emulor
 - *I ad Corinthios* 6, 12 Liceo, Polliceor; 7, 36 Superadultus; 13, 11 Vir; 14, 1 Prophetare; 15, 21 Quoniamquidem; 16, 22 Maranatha
 - *II ad Corinthios* 3, 6 Spiritus; 4, 8 Aporia; 11, 2 Emulor; 11, 20 Accipiter; 11, 24 Quinquies
 - *ad Galatas* 4, 26 Allegoria; 5, 17 Spiritus
 - *ad Ephesios* 4, 6 Deus; 5, 4 Scurra; 5, 14 Calvaria
 - *ad Philippenses* 1, 10 Sincerus; 3, 19 Deus
 - *I ad Timotheum* 4, 2 Cauterium
 - *II ad Timotheum* 4, 6 Delibare; 4, 13 Membrana
 - *ad Hebreos* 4, 9 Sabbatismus; 6, 6 Ostentus
 - *Iacobus* 4, 3 Insumo; 5, 1 Agite; 5, 16 Alterutrum
 - *I Petrus* 2, 12 Detrecto
 - *I Iohannes* 1, 1 Detrecto
 - *Apocalypsis* 4, 3 Smaragdus; 5, 5 Parabola; 14, 13 Scribere; 14, 15 Maturus; 21, 19 Calcedonius
 - *III Esdra* 1, 12 Emola; 2, 13 Attisce; 2, 17 Ab accidentibus; 4, 11 Indico; 4, 52 Ustulo; 5, 39 Impedatura; 5, 55 Carrum; 6, 24-5 Menianum; 8, 22 Taxo; 8, 25 Indictio; 9, 14 Teca
- Brito Metricus: 300 Buxus; 590 Didragma; 781-3 Grabatum; 921-2 Iacinctus; 926-9 Ibices; 1239-42 Polimitus; 1558 et 1561 Penula; 1829 Scorio

Chrysostomus: Locusta; Magi

Constantinus Africanus: *Pantegni* lib. 8 Prevarico

Diascorides: Capparis; Carduus; Cicer; Cinus; Cucumer; Galbanum; Mandragora

Doctrinale v. Alexander de Villa Dei

Donatus: *Ars grammatica* II, 15 Presertim, Quoniamquidem; III, 6 Parabola

Eberhardus Bethunensis: *Grecismus* VII, 45 Fatum; VIII, 75 Mulsum; IX, 1-3 Pater; IX, 4 Cruor; IX, 6-7 Orphanus; IX, 13-14 et 16-17 Coluber; IX, 24-5 Turbo; IX, 26-7 Nepos; IX, 37-40 Obeo; IX, 78-80 Nardus; IX, 99-101 Annulus; IX, 100-2 Tollo; IX, 104-5 Pretorium; IX, 112-14 Gibbus; IX, 119 Scriba; IX, 123-4 Discus; IX, 134-5 Aries (2); IX, 153 et 150 (?) Vir; IX, 157-9 Institor; IX, 162-4 Columbe; IX, 165-7 Rustica; IX, 170 Consulo; IX, 171-4 Liber; IX, 174 Cortex; IX, 178-80 Germanus; IX, 190-3 Proceres; IX, 196-7 Sanguis; IX, 201-

5 Sol; IX, 218-19 Finis; IX, 224-5 Radius; IX, 237-8 Fornix; IX, 256-7 Prescindo; IX, 262-3 Renunculus; IX, 264-5 Gehenna; IX, 266-9 Opilio; IX, 276-7 Tetrarcha; IX, 297-8 *et* IX, 300 Cirographum; IX, 301-2 Calculus; IX, 304-5 Gladius; IX, 314-15 Hospes; IX, 333-4 Pectus; IX, 339-40 Lucifer; X, 1-2 Carina; X, 20-1 Galea; X, 25-6 Curia; X, 27-8 Luxuria; X, 29-31 Fores; X, 34 Ungula; X, 37-8 Puella, Virgo; X, 41-2 Fruges; X, 49-50 Lens; X, 51-2 Ficus, Nux; X, 56-7 Decipula; X, 58-9 Posticum; X, 73-4 Strues; X, 74-5 Plaga; X, 88 Acies; X, 103-5 Pestis; X, 114-15 Hostia; X, 136-7 Ipocrita, Ira; X, 139 Turris; X, 140-1 Insula; X, 148 Deliramentum, Lira; X, 163 Palma; X, 164-5 Casa; X, 166-7 Forceps; X, 168-9 Arida terra, Orix; X, 170 Gratia; X, 193-5 Putredo; X, 199 Subula; X, 213 Copia; X, 215-16 Hora; X, 223-4 Mola; X, 229 Faux; X, 240 Copia; X, 254 Aqua; X, 256 Moneta; X, 258-9 Statio; X, 262-3 Occasio; X, 272 Valeo; X, 274-5 Venia; X, 280 Adeps; X, 293 Arundo; XI, 14-16 Iaculum; XI, 25-8 Velum; XI, 29-30 Retiaculum; XI, 37-8 Fastidiosus; XI, 53-4 Verba; XI, 76-8 Compendium; XI, 87-93 Templum; XI, 97-9 Temere; XI, 106 *et* XI, 107 Pignus; XI, 136-7 Vinacium; XI, 142-5 Tempus; XI, 154 Os; XII, 7 Infernus; XII, 13 Populus; XII, 17-21 Mamma; XII, 22-5 Semen; XII, 26-8 Capillus; XII, 50-1 Diadema; XII, 58-9 Lectus; XII, 60-1 Humus; XII, 62-6 Cathedra; XII, 67-78 Mare; XII, 89 Fundus; XII, 90-2 Noctua; XII, 100-1 Clipeus; XII, 102-5 Torques; XII, 106-7 Ulna; XII, 118-20 Sal; XII, 121 Saphirus; XII, 127-8 Fenus; XII, 129 Statera; XII, 155-6 Armenium; XII, 157-8 Dolus; XII, 162-3 Lignum; XII, 197-9 Globus; XII, 202-3 Intervallum, Valeo; XII, 208-9 Clavi; XII, 267-71 Sudarium; XII, 272-5 Clipeus; XII, 288-95 Torrens; XII, 311 Margo; XII, 316 Asilum; XII, 338 *et* 340 Scortum; XII, 351-3 Nebula; XII, 364-5 Tribula; XII, 366-8 Chorus; XII, 371-3 Imber temporaneus; XII, 374-5 Gelu; XII, 376-81 Vespere; XII, 382-3 Mulsum; XII, 384-6 Ficus; XII, 394-6 Pila; XII, 396 Pilum; XII, 401-4 Socer; XII, 405-6 Afficere; XII, 417-18 Tiara; XII, 421-2 Lacinia; XIII, 1-5 Eternus; XIII, 15-16 Orbare; XIII, 16-17 Abortivus; XIII, 20-1 Angustus; XIII, 31 Teres; XIII, 65-6 Empticius; XIII, 71-4 Sincerus; XIII, 157-9 Mendicus; XIII, 198-200 Consuetudo; XIII, 203-5 Socius; XIII, 207 Invidiosus; XIII, 209 Levigo; XIII, 234-5 Lubricus; XV, 28-30 Participare; XV, 31-3 Peiero; XV, 47-8 Lego, gas; XV, 69 Flagellum, Fragro; XV, 74-6 Altercor; XV, 79 Observare; XV, 81-3 Arrogans; XV, 104-5 Libamen; XV, 120-1 Excubo; XV, 130-2 Recordor; XV, 139-40 Decor; XV, 158-61 Cenaculum; XV, 180 Irrito (2); XV, 203-4 Deliramentum; XV, 209-10 Presto (1); XV, 219-20 Choruscare; XV, 223-4 Extrico; XV, 225 Prestolor; XV, 226 Mussito; XVI, 1-2 Vale; XVI, 17-18 Ardere; XVI, 29 Liceo, Polliceor; XVI, 31-2 Peniteo; XVI, 114-16 Luceo; XVII, 11-12 Consero, Sero; XVII, 26-7 Committere; XVII, 50-1 Alluvio, Luere; XVII, 52-3 Assistrix; XVII, 54-5 Afficere; XVII, 56-7 Lego, gis, Sacrilegus; XVII,

63-4 Colo; xvii, 65-7 Accumbere, Discumbo; xvii, 128-9 Accingere; xvii, 134 *et* 135 Indico, cis; xvii, 140 Inquam; xvii, 144 Consulo; xvii, 148 Conducit; xviii, 23 Auriga; xviii, 24-5 Abortivus; xviii, 35-6 Ambire; xviii, 50-1 Circumvenire; xviii, 70-1 Demolior; xix, 9 Suggero; xix, 17 Conducit, Loco; xix, 19 Lacteo; xix, 21 Compendium, Impendo; xix, 25-8 Vitupero; xix, 26 Exprobro; xix, 66-8 Delibare; xix, 80-1 Consternor; xix, 84 Transvadare; xix, 103 Garrio; xix, 106-7 Cor; xx, 47 Agite; xx, 50 Foras; xx, 51 Olim; xx, 140-1 Paulominus; xx, 152-9 O!; xx, 160 Agite; xx, 174 Quousque; xx, 195-9 Confestim; xxii, 86-8 Quatinus; xxiv, 40-7 Vath; xxv, 173-6 Domus saltus; xxv, 191-3 Cepe; xxv, 216-19 Agnus; xxv, 265-8 Cratera; xxv, 277-9 Fasciculus; xxv, 318-21 Cucumer; xxvi, 106-8 Mors; xxvi, 123 Neco; *vide et* Conditus; Fiscella; Fruor; Limus; Oppilo; Viso Ennius: *Fr.* 483 V² Clavi

Glossa Ordinaria: *Genesis* 6, 3 Spiritus; 6, 14 Bitumen; 24, 22 Siclus; 25, 29 Acetabulum; 30, 14 Mandragora; 35, 4 Inauris; 37, 3 Polimitus; 37, 25 Stacte; 38, 14 Teristrum; 38, 29 Maceria; 40, 1 Pincerna; 41, 18 Obesus; 43, 11 Storax, Terebintus
 - *Exodus* 10, 4 Locusta; 16, 18 Gomor; 25, 6 Concinnare; 25, 29 Acetabulum; 28, 4 Linea; 28, 18 Iaspis; 28, 36 Tetragramaton; 28, 37 Tiarra; 30, 18 Labia; 34, 35 Cornuta
 - *Leviticus* 5, 11 Ephraim; 11, 16 Larus; 11, 22 Attacus; 11, 30 Cameleon, Migale
 - *Deuteronomium* 14, 9-15 Herodius; 14, 12 Griphes; 14, 15 Larus
 - *II Regum* 8, 16 Acommentariis; 12, 30 Melchon; 12, 31 Tipus; 17, 19 Tipsana
 - *III Regum* 6, 1 Zio; 6, 37 Elul; 7, 27 Concha; 7, 29 Plecta; 7, 31 Intercolupnium; 7, 38 Concha; 7, 40 Hamulas; 10, 11 Thina ligna
 - *IV Regum* 4, 2 Adremon
 - *I Paralipomenon* 15, 21 Epinichion
 - *II Paralipomenon* 9, 10 Thina ligna
 - *II Esdra* 8, 10 Mulsum
 - *Iudith* 10, 5 Lappates
 - *Esther* 1, 6 Carpasinus
 - *Iob* 28, 16 Sardonicus; 41, 9 Sternutatio
 - *Psalmi* 57, 9 Ramnus; 101, 7 Domicilium; 103, 18 Herodius; 119, 5 Incolo; 131, 5 Tempus; 143, 6 Fulguro; 150, 5 Cimbaleum
 - *Proverbia* 23, 21 Simbolum; 31, 22 Purpura
 - *Ecclesiastes* 3, 19 Spiritus; 7, 17 Severus
 - *Canticum* 1, 10 Vermiculatus; 4, 13 Fistula; 5, 11 Elate; 7, 5 Purpura
 - *Sapientia* 2, 14 Traducere
 - *Ecclesiasticus* 5, 17 Denotatio; 7, 17 Severus; 9, 3 Multivola; 24, 21 Gutta, Libanus, Onica; 27, 5 Aporia; 32, 15 Tricare

- *Isaias* 1, 18 Coccus; 6, 6 Calculus; 13, 21 Pilosi; 13, 22 Sirena, Ulula; 18, 2 Vasa papiria; 27, 1 Leviathan; 28, 4 Temporaneum; 28, 25 Gith; 29, 2 Ariel; 30, 24 Migma; 34, 11 Ibices; 34, 14 Lamia; 36, 22 A commentariis; 40, 12 Palmus, Pugnus; 43, 3 Saba; 45, 9 Samia; 45, 14 Manica; 51, 20 Orix; 59, 16 Aporia; 60, 6 Dromedarius
- *Ieremias* 17, 11 Perdix; 17, 26 Manaa; 50, 39 Ficarius
- *Threni* 4, 3 Lamia
- *Ezechiel* 11, 5 Palmus; 27, 16 Chodohod; 40, 5 Palmus; 41, 15 et 16 Hectecha; 42, 7 Peribolus; 43, 13 Diffinitio; 43, 14 Crepido; 43, 15 Ariel; 47, 3 Cubitus; 48, 15 Profanus
- *Daniel* 3, 21 Tiara; 3, 46 Malleus, Napta; 11, 36 Diffinitio; 11, 45 Aphedno; 14, 13 Cinus
- *Osea* 10, 12 Novale
- *Ioël* 1, 4 Attacus, Locusta, Rubigo
- *Amos* 4, 9 Aurugo, Erugo
- *Ionas* 1, 3 Tharsis
- *Michaeas* 2, 11 Spiritus
- *Nahum* 1, 1 Helcheseus
- *Sophonias* 3, 18 Nugas
- *Zacharias* 1, 7 Sabath; 3, 8 Portendo; 8, 20 Usquequo; 11, 15 Vasa pastoris; 12, 11 Adremon
- *I Machabaeorum* 5, 55 Pentacontarchus, Tribunus; 4, 38 Pastoforia; 14, 48 Peribolus
- *II Machabaeorum* 8, 33 Epinichia; 12, 17 Tubianei; 14, 4 Tallos
- *Matthaeus* 1, 19 Traducere; 2, 1 Magi; 2, 18 Rama; 5, 26 Quadrans; 6, 16 Exterminare; 6, 24 Mammona; 27, 6 Corbanan
- *Marcus* 4, 19 Suffoco; 5, 41 Tabita; 11, 9 Osanna; 14, 1 Azimus
- *Lucas* 2, 7 Diversorium; 6, 1 Sabbato; 11, 28 Quinimmo; 15, 8 Dragma; 15, 25 Simphonia; 17, 6 Morus; 21, 38 Manico
- *Iohannes* 9, 7 Natatoria
- *Actus* 3, 10 Extasis; 4, 13 Idiota; 9, 43 Coriarius; 17, 18 Seminiverbius; 17, 19 Ariopagita; 18, 3 Cenofactoria; 19, 12 Semicinctium; 21, 39 Municeps; 27, 14 Euroaquilo; 27, 27 Adria; 27, 41 Bitalassum; 28, 13 Puteoli; 34, 29 Cornuta
- *ad Romanos* 13, 6 Tributum
- *I ad Corinthios* 5, 7 Consersio; 15, 21 Quoniamquidem; 16, 22 Maranatha
- *II ad Corinthios* 4, 8 Aporia; 11, 24 Quinquies
- *ad Galatas* 4, 6 Abba
- *ad Philippenses* 1, 10 Sincerus
- *II ad Timotheum* 4, 6 Delibare; 4, 13 Membrana, Penula
- *ad Hebraeos* 4, 9 Sabbatismus; 9, 5 Propitiatorium; 11, 37 Melota
- *Iacobus* 4, 3 Insumo

- *Apocalypsis* 21, 19 Calcedonius, Saphirus; 21, 20 Crisopassus, Sardonius, Sardonix, Topazius
- Gregorius Magnus: *Homilia in Evangelia* (PL 76) 1283-4 Altilia
- *Moralia* (PL 75) 866 Arturus; 1151 Vulgus; (PL 76) 71 Obumbrare; 412 Immanis; 571 Rinoceron; 709 Sternutatio; 774 Cornustibii; 1133 Suffoco
- *Vide et Celtis*; Preda
- Gualterius de Castellione: *Alexandreis* 11, 596 Maturus; 11, 635 Opilio

- Haimo: *Commentum in Isaiam* (PL 116) 905 Spondeo; 939 Runcina
- *Expositio in Epistulas S. Pauli* (PL 117) 654-5 Quinquies
- Hieronimus: *Commentum in Ezechiel* (PL 25) 64 Contractio; 82 Adonis
- *Commentum in Isaiam* (PL 24) 81 Batus
- *Commentum in Matthaum* (PL 26) 24 Mel silvestre; 24 Mammona
- *Commentum in Osee* (PL 25) 844 Ephot, Teraphim
- *Commentum in Zachariam* (PL 25) 1578 Plastes
- *Epistula* 1X (PL 30) 125 Fascinus
- *Hebraicae Quaestiones in Genesin* (PL 23) 994-5 Polimitus
- *Interpretatio Hebraicorum Nominum* p. 77 Hur; p. 103 Celeti; p. 135 Bariona; p. 136 Gehenna; p. 138 Racha
- *Prologus in Iosue* Prophetare
- *Prologus in Zachariam* Mirtus
- *Vide et Compes*; Didragma; Encenia; Lacinia
- Horatius: *Epistulae* I, 1, 92-3 Triremis; I, 1, 94-6 Linea; I, 2, 14 Deliramentum; I, 2, 26 Suillus; I, 2, 54 Sincerus; I, 5, 7 Suppellex; I, 5, 16-20 Spes; I, 5, 19 Disertus; I, 5, 30-1 Posticum; I, 6, 38 Nummus; I, 10, 49 Vacillare; I, 13, 15 Contribules; I, 15, 15-16 Iugis; I, 17, 55-6 Perichelides; II, 1, 105 et II, 1, 232-4 Nummus
- *Sermones* I, 1, 25-6 Crustum; I, 1, 78-9 Oppilo; I, 3, 44-5 Limus; I, 3, 72 Statera; I, 3, 88-9 Extrico; I, 4, 4 Alioquin; I, 4, 71 Pila; I, 5, 73-4 Culina; I, 6, 114-15 Laganum; I, 6, 117 Ciatus; I, 6, 130-1 Consolor; II, 1, 69 Primor; II, 2, 80-1 Industrius; II, 2, 102-5 Insumo; II, 3, 143-4 Trulla; II, 3, 155 Tipsana; II, 3, 281-2 Compitum; II, 3, 309 Pedalis; II, 4, 34 Pectus; II, 4, 43 Caprea; II, 4, 81-2 Scopa; II, 5, 7 Apotheca; II, 6, 2 Iugis; II, 6, 45 Scorpio; II, 7, 98-9 Rubrica
- *Ars Poetica* 183 Scenofactoria; 185 Trucidare
- Hugo de Sancto Victore: *Articulus*

- Isidorus: *Etymologiae* I, 1, 1 Disciplina; I, 4, 16 A littera; I, 9, 1 Verba; I, 27, 18 Hora; I, 37, 2 Parabola; I, 37, 34 Parabola; I, 40, 1 Fabulas; I, 41, 1 Allegoria; I, 44 Allegoria; II, 7, 1 Exordium; II, 24, 1 et 9 Philosophia; III, 3, 1 Nummus; III, 15, 1-2 Musica; III, 21, 2 Organum; III, 21, 4 Tibia; III, 21, 7 Sambuca; III, 22, 2 Cithare; III, 22, 8

Lira; III, 22, 10 Timpanum; III, 22, 11 Cimbaleum; III, 22, 12 Sistrum; III, 22, 13 Tintinnabulum; III, 22, 14 Simphonia; III, 29 Mundus; III, 32 *et* 34 *et* 35 Spera; III, 44, 1 Zona; III, 51, 1-2 Sol; III, 53 *sqq.* Luna; III, 60 Sidus; III, 61 *et* 62 Stelle; III, 71, 4 Signa; III, 71, 12 Hias; IV, 5, 3 - 6, 1 Colera; IV, 6, 3 Colera; IV, 6, 8 Colera; IV, 6, 17-18 Pestis; IV, 7, 3 Vertigo; IV, 7, 5-7 Luna; IV, 7, 13 Branchia; IV, 7, 14 Raucus; IV, 7, 17 Colera; IV, 7, 23 Idropicus; IV, 7, 36 Dissinteria; IV, 8, 1 Lepra in capillis; IV, 8, 6 Impetigo; IV, 8, 10 Scabies; IV, 8, 11 Lepra; IV, 8, 13 Aurugo; IV, 8, 19 Vulnus; IV, 8, 20 Pustula; IV, 8, 21 Papula; IV, 8, 22 Sanies; IV, 8, 23 Cicatrix; IV, 9, 10 Collirium; IV, 9, 11 Malagma; IV, 11, 4 Pigmentum; IV, 11, 6 Mortarium; IV, 12, 2 Thimiamia; IV, 12, 5 Stacte; IV, 6, 17-18 Pestis; V, 3, 2-3 Consuetudo; V, 24, 2-5 Testamentum; V, 24, 21 Ratus; V, 24, 30 Stipulatio; V, 25, 2 Res; V, 25, 15 Usura; V, 25, 19 Deponere, Depositum; V, 25, 20-1 Arra; V, 25, 22 Pignus; V, 26, 1 Crimine pessimo; V, 26, 2-3 Facinus; V, 26, 11 Seditio; V, 26, 17 Internecio; V, 26, 20 Infitor; V, 26, 26 Piaculum; V, 27, 4 Ignominia; V, 27, 5 Dampnum; V, 27, 14 Flagellum, Plaga; V, 27, 16 Fustis; V, 27, 17 Vectis; V, 27, 18 Scorpio; V, 27, 20 Ungula; V, 27, 26-7 Fama; V, 27, 32 Servitus; V, 30, 5-9 Dies; V, 30, 12 Dies; V, 30, 14 Mane; V, 31, 1-4 Nox; V, 31, 4-14 Crepusculum; V, 31, 13 Diluculum; V, 33, 1 Mensis; V, 35 Autumpnus; V, 36, 1 Annulus; V, 37, 1 Agon; V, 37, 3 Iubileus; V, 38, 3 Etas; VI, 2, 7 Deuteronomium; VI, 2, 18-19 Proverbiorum; VI, 3, 1 Bibliotheca; VI, 3, 5 - 4, 5 Interpres; VI, 8, 5 Commentarius; VI, 10, 1-2 Carta; VI, 11, 1 Membrana; VI, 17, 11 Pasche; VI, 18, 9 Scenophegia; VI, 19, 1 Officium; VI, 19, 15 Psallo; VI, 19, 17 Hymnus; VI, 19, 20-1 Amen; VI, 19, 23 Osanna; VI, 19, 28 Sacrificium; VI, 19, 31 Immolo; VI, 19, 33-4 Hostia; VI, 19, 34 Victima; VI, 19, 35 Holocaustum; VI, 19, 36 Cerimonia; VI, 19, 38 Sacrificium; VI, 19, 54 Manus impositio; VI, 19, 55 Exorcista; VI, 19, 57-8 Simbolum; VI, 19, 59 Oratio; VI, 19, 71 Penitentia; VII, 1, 3-18 Alleluia; VII, 2, 2-5 Christus; VII, 2, 7 Iesus; VII, 5, 24 Seraph; VII, 6, 81 Zorobabel; VII, 8, 1 Propheta; VII, 8, 33-6 Prophetia; VII, 9, 3 Cephas; VII, 9, 4 Bariona; VII, 9, 7-8 Saulus; VII, 9, 20 Scarioth; VII, 11, 1 Martir; VII, 12, 20-1 Presbiter; VII, 12, 23 Nathinei; VII, 12, 31 Exorcista; VII, 14, 10 Proselitus; VIII, 1, 1-8 Ecclesia; VIII, 1, 7-8 Sinagoga; VIII, 2, 2 *et* 3 Religio; VIII, 3, 4 Secta; VIII, 3, 5 Scisma; VIII, 3, 6-7 Superstitio; VIII, 4, 3 Pharisei; VIII, 5, 14 Bissus; VIII, 6, 1 Philosophus; VIII, 7, 3 Poeta; VIII, 9, 9-33 Ariolus; VIII, 10, 1 Pagus; VIII, 10, 2 Ethnicus; VIII, 11, 11 Idolatria; VIII, 11, 15 Demon; VIII, 11, 18 Diabolus; VIII, 11, 20-1 Antichristus; VIII, 11, 23 Bel; VIII, 11, 24-5 Belphégor; VIII, 11, 26 Beelzebub; VIII, 11, 27 Behemoth; VIII, 11, 45-8 Mercurius; VIII, 11, 90-3 Fatum; VIII, 11, 94 Fortuna; VIII, 11, 95 Furiosus; VIII, 11, 102 Lamia; VIII, 11, 103-4 Pilosi; IX, 2, 1 Gens;

IX, 2, 5 Hebrei; IX, 3, 6 *et* 8 *et* 9 Proconsul; IX, 3, 12-13 Cesarum; IX, 3, 21 Municeps, Princeps; IX, 3, 24 Tetrarcha; IX, 3, 28 Preses; IX, 3, 29 Tribunus; IX, 3, 42 Excubo; IX, 4, 3 Domus; IX, 4, 6 Plebs; IX, 4, 7 Tribus; IX, 4, 14 Iudices; IX, 4, 16 Pretorium; IX, 4, 17 Proceres; IX, 4, 23 Decurio; IX, 4, 32 Publicus; IX, 5, 3 Pater; IX, 5, 7 Paterfamilias; IX, 5, 8 Materfamilias; IX, 5, 15 Filius; IX, 5, 24-5 Spurius; IX, 5, 26 Posterus; IX, 5, 26-8 Nepos; IX, 6, 1-21 Frater; IX, 7, 1 Vir; IX, 7, 3-4 Spondeo; IX, 7, 8 Pronuba; IX, 7, 9 Coniunx; IX, 7, 10 Nupte; IX, 7, 12 Uxor; IX, 7, 13 Mater; X, 37 Consors; X, 42 Calumpniator; X, 44 Oppilo; X, 45 Contumax; X, 49 Collega; X, 70 Delibutus; X, 76 Dolus; X, 77 Delator; X, 78 Deliramentum; X, 93 Eunuchus; X, 94 Effeta; X, 103 Fatuus; X, 123 Interpres; X, 124 Indoles; X, 126 Illustris, Inclitus; X, 130 Incentor; X, 136 Improbus; X, 139 Immanis; X, 140 Immunis; X, 148 Incestus; X, 163 Luscus; X, 175 Mendicus; X, 176 Malignus; X, 188 Nefas; X, 210 Vicia; X, 212 Piger; X, 239 Rixa; X, 243 Solers; X, 245 Socius; X, 247 Segnis; X, 248 Superbus; X, 255 Scurra; X, 260 Sequester; X, 266 Tricare; X, 277 Versutus; XI, 1, 3 Vita; XI, 1, 6-13 Anima; XI, 1, 26 Vertex; XI, 1, 28 Pilum; XI, 1, 32 Tempus; XI, 1, 33 *et* 34 Vultus; XI, 1, 36 Oculus; XI, 1, 37-8 Pupilla; XI, 1, 39 Palpebra; XI, 1, 43 Gena; XI, 1, 44 *et* 45 Maxilla; XI, 1, 45 Mandibula; XI, 1, 46 Pinnaculum; XI, 1, 47-8 Naris; XI, 1, 49 Os; XI, 1, 50 Labia; XI, 1, 52 Dens; XI, 1, 55 Palatum; XI, 1, 57 Mentum; XI, 1, 58-9 Eructo; XI, 1, 59 Rumino; XI, 1, 61 Cervicatus; XI, 1, 63-5 Brachium; XI, 1, 64 Cubitus, Ulna; XI, 1, 66-8 Manus; XI, 1, 69 Palma; XI, 1, 70 *et* 71 Digitus; XI, 1, 72 Ungula; XI, 1, 73 Torax; XI, 1, 74-6 Mamma; XI, 1, 83 Nervus; XI, 1, 86 Os; XI, 1, 87 Medulla; XI, 1, 88 Cartillago; XI, 1, 94 Palata; XI, 1, 95 Spicam; XI, 1, 97 Ren; XI, 1, 98 Lumbi; XI, 1, 100 Ilium; XI, 1, 101 Nates; XI, 1, 104 Testiculi; XI, 1, 106 Feminalia, Femora; XI, 1, 110 Tibia; XI, 1, 113 Planta; XI, 1, 114 Calx; XI, 1, 115 Arida terra, Solum; XI, 1, 118 Cor; XI, 1, 119 Precordia; XI, 1, 121 Vena; XI, 1, 122-3 Sanguis; XI, 1, 124 Pulmo; XI, 1, 126 Fibre; XI, 1, 127 Ren; XI, 1, 132-3 Alvus; XI, 1, 134-6 Uterus; XI, 1, 137 Vesica; XI, 1, 138 Urina; XI, 1, 139-42 Muliebria; XI, 1, 140-1 Menstruum; XI, 1, 144 Fetus, Secundina; XI, 2, 10 *et* 11 Puer; XI, 2, 12 Orphanus, Puella; XI, 2, 18 Mulier; XI, 2, 21-2 Virgo; XI, 2, 22 Virago; XI, 2, 24 Femina; XI, 2, 25 Senior; XI, 2, 27 Seneo; XI, 2, 31-2 Mors; XI, 2, 33 Mors; XI, 3, 1-3 Monstrum; XI, 3, 13-14 Gigas; XI, 3, 30-1 Sirena; XI, 3, 37 *et* 39 Onocentaurus; XII, 1, 5-6 Pecus; XII, 1, 9 Ovis; XII, 1, 14 Hircus; XII, 1, 15-16 Capreas; XII, 1, 16-17 Ibices; XII, 1, 18 Cervus; XII, 1, 20 Tragelaphus; XII, 1, 21 Hinnulus; XII, 1, 22 Damula; XII, 1, 23 Lepus; XII, 1, 25 Porcus, Suillus; XII, 1, 35 Camelus; XII, 1, 36 Dromedarius; XII, 1, 38 Asinus; XII, 1, 39 Onager; XII, 1, 51 Scutulata; XII, 1, 60 Burdo; XII, 2, 3-6 Leonis; XII, 2, 7 Tigris; XII, 2, 10 Pardus;

xii, 2, 12-13 Rinoceron; xii, 2, 14-16 Elephas; xii, 2, 17 Griphes; xii, 2, 18 Cameleon; xii, 2, 19 Cameleon pardulus; xii, 2, 22 Ursus; xii, 2, 29 Vulpes; xii, 2, 30-3 Simie; xii, 3, 3 Mustela; xii, 3, 4 Mustum; xii, 3, 5 Talpa; xii, 3, 6 Orix; xii, 3, 7 Ericius; xii, 3, 9 *et* 10 Formica; xii, 4, 3 Serpens; xii, 4, 4-5 Dracho; xii, 4, 6-7 Basiliscus; xii, 4, 10 Vipera; xii, 4, 12 Aspis; xii, 4, 13 Dipsas; xii, 4, 18 Cerastes; xii, 4, 34-8 Lacertus; xii, 4, 35 Repo; xii, 4, 38 Stellio; xii, 4, 39-48 Serpens; xii, 5, 1 Vermis; xii, 5, 3 Sanguisuga; xii, 5, 4 Scorpio; xii, 5, 11 Tinea; xii, 5, 15 Pulex; xii, 5, 19 Vermis; xii, 6, 8 Cete; xii, 6, 19-20 Cocodrillus; xii, 6, 43 Murenula; xii, 6, 48-52 Concha; xii, 6, 52 Onica; xii, 6, 58-9 Rana; xii, 7, 3 Avis; xii, 7, 5 Pulli; xii, 7, 8 Pluma; xii, 7, 10 Aquila; xii, 7, 12 Vultur; xii, 7, 16 Ciconia; xii, 7, 18 Cignus; xii, 7, 20 Structio; xii, 7, 22 Fenix; xii, 7, 26 Pellicanus; xii, 7, 33 Ibices; xii, 7, 36 Vespertilio; xii, 7, 39 Bubo; xii, 7, 40 Noctua; xii, 7, 41 Nicticorax; xii, 7, 50 Gallus; xii, 7, 53 Herodius; xii, 7, 55-6 Accipiter; xii, 7, 60 Turtur; xii, 7, 61 Columbe; xii, 7, 63 Perdix; xii, 7, 64-5 Coturnix; xii, 7, 66 Huppupa; xii, 7, 68 Passer; xii, 7, 70 Hyrundo; xii, 8, 1-2 Apes; xii, 8, 3 Fucus; xii, 8, 4 Scrabro; xii, 8, 8 Papilio; xii, 8, 9 Locusta; xii, 8, 12 Cinomia; xii, 8, 13 Culex; xii, 8, 14 Cinifes; xiii, 1, 1-2 Mundus; xiii, 5, 1 Ether; xiii, 7, 1 Ether; xiii, 7, 2 Nebula; xiii, 7, 2 Nubes; xiii, 8 Tonitru; xiii, 9, 1-2 Fulgur; xiii, 10, 1 Iris; xiii, 10, 2-4 Imber; xiii, 10, 3 Nimbus; xiii, 10, 5 Grando; xiii, 10, 7-8 Gelu; xiii, 10, 8 Pruina; xiii, 10, 9 Ros; xiii, 10, 12 Tenebre; xiii, 10, 13 Umbra; xiii, 11, 1-19 Aquilo; xiii, 11, 19 Turbo; xiii, 11, 20 Tempestas; xiii, 11, 22 Procella; xiii, 14, 1 Mare; xiii, 19, 2 Lacus; xiii, 19, 2-4 Lacus Asfalti; xiii, 19, 3-4 Mare mortuum; xiii, 19, 5 Lacus Tiberiadis; xiii, 19, 6 Lacus Genesar; xiii, 19, 9 Stagnum; xiii, 20, 2-3 Unda; xiii, 20, 5 Gutta; xiii, 20, 5 Stilla; xiii, 20, 6 Spuma; xiii, 21, 1-3 Fluvius; xiii, 21, 1-4 Rivus; xiii, 21, 2 Torrens; xiii, 21, 5 Gurges; xiii, 21, 9 Tigris; xiii, 22, 1 Diluvium; xiv, 1, 1-2 Arida terra; xiv, 2, 1 Orbis; xiv, 3, 2-4 Paradisus; xiv, 8, 1 Mons; xiv, 8, 19-21 Iugum; xiv, 8, 24 Solum; xiv, 8, 25 Saltus; xiv, 8, 27 Conflatorium; xiv, 8, 29 Lustrum; xiv, 8, 39 Statio; xiv, 8, 40 Portus; xiv, 9, 5 Baratrum; xiv, 9, 8 Tartarus; xiv, 9, 9 Gehenna; xiv, 9, 10-11 Infernus; xv, 1, 5 Ierusalem; xv, 2, 5-6 Oppidum; xv, 2, 11-12 Vici; xv, 2, 15 Compitum; xv, 2, 16 Suburbana; xv, 2, 19 Turris; xv, 2, 20 Propugno; xv, 2, 22 Porta; xv, 2, 27 Forus; xv, 2, 30 Gignasium; xv, 2, 38 Coclea; xv, 2, 42 Propino; xv, 2, 43 Taberna; xv, 2, 44 Macellum; xv, 2, 45 Theloneum; xv, 3, 3 Aula; xv, 3, 4 Atrium; xv, 3, 7 Cenaculum; xv, 3, 8 Triclinium; xv, 3, 10 Castrametari, Diversorium; xv, 3, 11 Menianum, Solarium; xv, 4, 1-2 Sacrasancta; xv, 4, 4 Oratorium, Penetrare; xv, 4, 7 Templum; xv, 4, 11 Basilica; xv, 5, 3-4 Erarium; xv, 5, 5 Bibliotheca; xv, 5, 6 Promptuarium; xv, 6, 4 De-

molior, Pila; xv, 6, 8 Forus, Lacus; xv, 7, 2 Vestibulum; xv, 7, 4
 Fores, Hostium; xv, 7, 9 Posticum; xv, 8, 2 Paries, Parietinas; xv, 8, 6
 Laquearia; xv, 8, 16 Canalis; xv, 8, 17 Domatum fistule; xv, 9, 2 In-
 tervallum, Valeo; xv, 9, 4 Maceria; xv, 11, 3 Mausoleum; xv, 12, 2
 Tugurium; xv, 13, 4 Fundus; xv, 13, 5 Predium; xv, 13, 12 Novale;
 xv, 13, 14 Ulmus; xv, 13, 18 Palus; xv, 14, 1 Finis; xv, 15, 2 Palmus;
 xv, 15, 5 Iugerum; xv, 16, 3 Stadium; xv, 16, 9-10 Semita; xvi, 1, 1
 Pulvis; xvi, 1, 2-4 Lutum; xvi, 1, 7 Samia; xvi, 1, 9 Sulphur; xvi,
 2, 3 *et* 4 *et* 6 Sal; xvi, 2, 7 Nitrum; xvi, 3, 1 Silex; xvi, 3, 5 Scrupu-
 lus; xvi, 3, 7 Pumex; xvi, 4, 15 Sarcophagus; xvi, 6, 2 Gemma; xvi,
 7, 1 Smaragdus; xvi, 7, 5 Berillus; xvi, 7, 8 Iaspis; xvi, 7, 9 Topazius;
 xvi, 8, 2 Sardius; xvi, 8, 3 Onix; xvi, 8, 4 Sardonix; xvi, 8, 8 Ligu-
 rius; xvi, 9, 1 Ametistus; xvi, 9, 2 Saphirus; xvi, 10, 1 Margarita;
 xvi, 11, 1 Achates; xvi, 13, 1 Cristallus; xvi, 13, 2-3 Adamas; xvi,
 14, 1 Carbunculus; xvi, 15, 2-3 Crisolitus; xvi, 16, 1 Vitrum; xvi,
 17 Metallum; xvi, 18, 1-2 Aurum; xvi, 18, 2 Bractea, Obrizum;
 xvi, 18, 3-4 Pecunia; xvi, 18, 7 Tributum; xvi, 18, 8 Moneta, Sti-
 pendium; xvi, 18, 9 Nummisma; xvi, 18, 10 Nummus; xvi, 18, 12
 Nummus; xvi, 20, 1 Es; xvi, 20, 3 Auricalcum; xvi, 20, 8-11 Es;
 xvi, 21, 1 *et* 2 Ferrum; xvi, 21, 5 Rubigo; xvi, 22, 1 Plumbum; xvi,
 23, 1 Stannum; xvi, 24, 1-3 Electrum; xvi, 25, 3 Pondo; xvi, 25, 10
 Semis; xvi, 25, 11 Obolus; xvi, 25, 11-12 Scrupulus; xvi, 25, 13
 Dragma; xvi, 25, 14 Solidare; xvi, 25, 16 Semis, Stater; xvi, 25, 18
 Siclus; xvi, 25, 20 Libra; xvi, 25, 22 Talentum; xvi, 26, 1-2 Mensor;
 xvi, 26, 6-7 Sextarius; xvi, 26, 9 Metreta; xvi, 26, 10 Modius; xvi,
 26, 11 Satum; xvi, 26, 14 Cadus; xvi, 26, 16 Artabea; xvi, 26, 17
 Chorus, Gomor; xvii, 3, 2 Frumenta; xvii, 3, 4 Triticum; xvii, 3, 5
 Far; xvii, 3, 10 Ordeum; xvii, 3, 13 Milium; xvii, 3, 15 Spicam;
 xvii, 3, 17 Folliculus; xvii, 3, 18 Stipula; xvii, 3, 19 Palea; xvii, 4, 1
 Legumen; xvii, 4, 3 Faba; xvii, 4, 5 Lens; xvii, 4, 9 Vicia; xvii, 4, 11
 Nervus; xvii, 5, 2 *et* 7 *et* 11 *et* 12 *et* 30-3 Vitis; xvii, 5, 3 Labrusca;
 xvii, 5, 5 Malleus; xvii, 5, 6 Spado; xvii, 5, 8 Flagellum; xvii, 5, 9 *et*
 10 Palmes; xvii, 5, 13 Uva; xvii, 5, 14 Racemus; xvii, 6, 4 Frutices;
 xvii, 6, 6-7 Silva; xvii, 6, 8 Saltus; xvii, 6, 12 Planta; xvii, 6, 15-16
 Cortex; xvii, 6, 18 Virga, Virgultum; xvii, 6, 22 Germen; xvii, 6, 23
 Fructus; xvii, 6, 27 Torris; xvii, 6, 28 Caries; xvii, 7, 1 Palma; xvii,
 7, 2 Laurus, Palma; xvii, 7, 3 Mandragora; xvii, 7, 6 Malogranatum,
 Malum; xvii, 7, 17 Carica, Ficus; xvii, 7, 19 Morus, Rubus; xvii, 7,
 20 Sicomorus; xvii, 7, 21-2 Nux; xvii, 7, 22 Pomarium; xvii, 7, 23
 Amigdalus; xvii, 7, 26 Ilex; xvii, 7, 27 Cortex; xvii, 7, 29 Siliqua;
 xvii, 7, 32 Abies; xvii, 7, 33 Cedrus; xvii, 7, 34 Cipressus; xvii, 7, 35
 Iuniperus; xvii, 7, 36 Hebeninus; xvii, 7, 37 Platanus; xvii, 7, 38
 Quercus; xvii, 7, 40 Dumtaxat; xvii, 7, 43 Ulmus; xvii, 7, 47 Salix;
 xvii, 7, 48 Vimen; xvii, 7, 49 Mirica; xvii, 7, 50 Mirtus; xvii, 7, 51

Cinus; xvii, 7, 53 Buxus; xvii, 7, 59 Ramnus; xvii, 7, 60 Vepres; xvii, 7, 61 Oleaster; xvii, 7, 62 Olea; xvii, 7, 71 Resina, Terebintus; xvii, 7, 72 Pix; xvii, 7, 74 Buxus; xvii, 8, 1 Aroma; xvii, 8, 2-3 Thus; xvii, 8, 4 Mirra; xvii, 8, 5 Storax; xvii, 8, 10 Cinamomum; xvii, 8, 12 Casia; xvii, 8, 13 Calamus; xvii, 8, 14 Balsamus; xvii, 9, 5 Crocus; xvii, 9, 12 Ligna thima; xvii, 9, 15 Iacinctus; xvii, 9, 17 Rosa; xvii, 9, 18 Lilium; xvii, 9, 19 Viola; xvii, 9, 22 Edera; xvii, 9, 30 Mandragora; xvii, 9, 31 Papaver; xvii, 9, 32 Coloquintida; xvii, 9, 39 Isopus; xvii, 9, 56 Paliurus; xvii, 9, 66-7 Lappa; xvii, 9, 95 Galbanum; xvii, 9, 97 Scirpus; xvii, 9, 98 Fucus; xvii, 9, 102 Carectum; xvii, 9, 106 Zizania; xvii, 10, 2 Olus; xvii, 10, 10 Sinapis; xvii, 10, 12 Cepe; xvii, 10, 16 Cucumer, Pepo; xvii, 10, 20 Capparis, Carduus; xvii, 10, 21 Eruca; xvii, 11, 7 Coriandrum; xvii, 11, 8 Ruta; xviii, 2, 2 Pompatice; xviii, 2, 3 Triumphus; xviii, 4, 1 Buccina; xviii, 6, 1-2 Gladius; xviii, 6, 2 *et* 3 Framea; xviii, 6, 3 Rumphea; xviii, 6, 3-4 Spatula; xviii, 6, 6 Pugio; xviii, 6, 8 Sicarius; xviii, 7, 1 Hasta; xviii, 7, 10 Telum; xviii, 8, 1 Sagitta; xviii, 8, 3 Scorpio; xviii, 9, 1-2 Faretra; xviii, 9, 2 Vagina; xviii, 10, 2 Balista; xviii, 12, 1 Clipeus; xviii, 12, 2 Scutum; xviii, 12, 4 Pelta; xviii, 13, 1 Lorica; xviii, 13, 2 Squama; xviii, 14, 1 Galea; xviii, 15, 4 Iurgium; xviii, 15, 6 Disceptatio; xviii, 17, 1 Gignasium; xviii, 42, 2 Lupanar, Prostibulum, Theatrum; xix, 1, 3 Nauclerus; xix, 1, 10 Trieris; xix, 1, 18 Scapha; xix, 1, 23 Triremis; xix, 2, 5 Transtra; xix, 2, 6-7 Remus; xix, 2, 7 Palmus; xix, 2, 8 Malum; xix, 3, 3 Arthemo; xix, 4, 1 Restis, Rudens; xix, 5, 1 Rete; xix, 6, 1 Faber; xix, 6, 6 Fornax; xix, 7, 1 Incus; xix, 7, 3 Forceps; xix, 14 Litostratos; xix, 17, 2 Rubrica; xix, 17, 3 Sinapis; xix, 17, 4 Rubrica; xix, 17, 17 Attramentum; xix, 17, 23 Stibium; xix, 19, 2 Sartactectum; xix, 19, 7 Clavi; xix, 19, 9 Serra; xix, 19, 11 Securis; xix, 21, 1-8 Ephot; xix, 22, 6 Tunica; xix, 22, 29 Brache; xix, 24, 1 Pallium; xix, 24, 2 Clamis; xix, 24, 11-12 Diplois; xix, 24, 14 Penula; xix, 24, 19 Melota; xix, 24, 20 Fimbria; xix, 25, 3 *et* 4 Stola; xix, 25, 6 Teristrum; xix, 25, 7 Sindon; xix, 26, 1 Stragulum; xix, 26, 9 Cortina; xix, 27, 1 Linum, Vellus; xix, 27, 2 Stuppa; xix, 27, 4 Bissus; xix, 27, 5 Sericum; xix, 28, 1 Vermis; xix, 28, 5 Purpura; xix, 29, 7 Licium; xix, 31, 1 Diadema; xix, 31, 8 Discriminalia; xix, 31, 12-13 Monile; xix, 31, 14 Murenula; xix, 31, 16 Armilla; xix, 31, 17 Fibula; xix, 31, 17 Lunula; xix, 31, 18 Speculum; xix, 31, 19 Olfactoriola, Perichelides; xix, 33, 1 Semicinctum; xix, 33, 3 Zona; xix, 33, 6 Fascia; xix, 33, 7 Vitta; xix, 34, 5 Ocrea; xix, 34, 12 Caliga; xx, 2, 5 Epule; xx, 2, 7 Pulmentum; xx, 2, 9 Crapula; xx, 2, 10 Cenaculum; xx, 2, 15 Panis, Subcinericius; xx, 2, 17-18 Placet; xx, 2, 18 Crustum; xx, 2, 19 Polenta; xx, 2, 27 Frustum, Pulmentum; xx, 2, 36 Mel, Mel silvestre; xx, 2, 37 Favus; xx, 3, 2 Vinum; xx, 3, 6 Limpidus; xx, 3, 9 Conditus; xx, 3, 10 Mulsum; xx,

3, 16 Sicera; xx, 4, 1 Vas; xx, 4, 2 Vas fictile; xx, 4, 3 Samia; xx, 4, 4 Testa; xx, 4, 8 Anaglipha; xx, 4, 9 Discus; xx, 4, 10 Parapsis; xx, 5, 1 Poculum; xx, 5, 1-2 Fiala; xx, 5, 3 Cratera; xx, 5, 4 Ciatu; xx, 5, 5 Calix, Scala; xx, 6, 3 Lagenia; xx, 6, 4 Situla; xx, 6, 5 Catinum, Urceus; xx, 7, 4 Lenticula; xx, 8, 1 Emola; xx, 8, 4 Lebes; xx, 8, 5 Sartago; xx, 8, 6 Mola; xx, 9, 5 Marsupium; xx, 9, 6 Sitarcia; xx, 9, 8 Canistrum; xx, 9, 9 Cophinus; xx, 10, 1 Focus; xx, 11, 1 et 4 Lectica; xx, 11, 5 Lectus; xx, 11, 8 Scabellum; xx, 11, 10 Solium; xx, 11, 11 Sella; xx, 12, 1 Carrum; xx, 12, 2 Reda; xx, 12, 3 Ferrata carpenta; xx, 14, 5 Runcina; xx, 14, 8 Pastino; xx, 14, 10 Palata, Tribula

Iuvenalis: 1, 5 Margo; 2, 93-4 Fumarium; 2, 97 Scutulata; 3, 77 Scenofactoria; 3, 142 Parapsis; 3, 156 Fornix; 3, 219 Forus; 4, 54-5 Natatoria; 5, 8 Crepido; 6, 34 Pusillus; 6, 80 Theloneum; 6, 155 Bissus; 6, 260 Bissus; 6, 350 Ibices; 6, 370 Pectus; 6, 591 Sagum; 7, 136 Bissus; 8, 26 Proceres; 8, 114 Resina; 9, 109 Princeps cocorum; 10, 53 Digitus; 10, 134 Buccella; 10, 157 O; 11, 80 Compes; 12, 6 Choruscare; 12, 74 Mamma; 12, 102 Quatinus; 13, 93 Sistrum; 14, 66 Porticus; 14, 139 Nummus; 14, 305-6 Hamus

Lucanus: 1, 7 Pilum; 1, 179 Ambire; 1, 248-9 O; 1, 665 Orion; 1, 673 Presagium; 11, 45-6 Sors; 11, 72-3 Rancor; 11, 94-6 Ergastulum; 11, 127-8 Penetrare; 11, 317 Iugulare; 11, 357 Discriminalia; 11, 61 Prescindo; 11, 79 O; 11, 222-3 Biblii; 11, 518 Ephebus; 11, 565 Manica; 11, 674-5 Consideo; 11, 720 Cadaver; 14, 135 Carta; 14, 136 Papirio; 14, 627 Ilium; 14, 751-2 Frenum; 15, 146 Penetrare; 16, 398 Frenum; 16, 679 Cerastes; 17, 492 Constipo; 17, 508-9 Manipulus; 17, 526 Palam; 17, 586 Cassidile; 17, 789-91 Consideo; 18, 258-9 Cathedra; 18, 696-7 Piramis; 18, 696-8 Mausoleum; 19, 723 Sepes; 19, 836 Orion; 19, 916 Galbanum; 20, 187 Fastus; 20, 317-18 Catharacta; 20, 387-8 Iugulare

— *Vide et Clavi*

Macer: *De viribus herbarum* 101-2 Obstetrix; 115-18 Urtica; 267-75 et 282 et 285 et 292-3 et 304 Ruta; 296-8 Stibium; 314-15 Butirum; 395-403 Anethum; 509-47 Porrum; 626-40 Secundina; 765-75 Lactuca; 957-61 Coriandrum; 1037-40 et 1054-6 Papaver; 1139-46 et 1151-3 et 1186-7 Sinapis; 1503-4 Isopus; 1509 Lubricus; 1569-72 et 1575-6 et 1578-9 et 1583-4 Menta; 1638-9 Obstetrix; 1675-6 Suffoco; 2111-17 Ciminum; 2147-59 Cinamomum

Martialis: 11, 77, 5-6 Capparis; 13, 94 Damula

Matheus Vindocinensis: *Liber de Tobia* (PL 205) 938 Patrare; 939 Scateo; 966 Cassidile

— *Vide et Sors*

- Ovidius: *Ars Amatoria* I, 421 Institor; I, 488 Lectica; I, 587 Propino; II, 2 Cassidile; II, 485 Salio (1); II, 732 Admissura; III, 290 Rudens
- *Fasti* I, 55 et 57 Kalende; I, 96 Repente; I, 367 Sisto; I, 414 Nequam; I, 415 Priapus; I, 433 Rudens; III, 318 Cepe; III, 365 Scutum
- *Heroides* I, 51 Dirutus; 2, 85-6 Eventus
- *Ibis* 558 Suffoco
- *Metamorphoses* I, 22 Prescindo; I, 37 Ambire, Initus; I, 103-5 Rubus; I, 103-6 Quercus; I, 287 Penetrare; I, 344 Consideo; I, 445-7 Phiton; I, 452-3 Sors; I, 554 Cortex; II, 124-5 Presagium; II, 299-300 Chaos; II, 499 Plaga; II, 549-50 Presagium; II, 721 Circinus; II, 854 Palea; II, 868-9 Consideo; III, 59-60 Mola; III, 63-4 Lorica; III, 108 Contus; III, 313-15 Educo; III, 359-61 et 368-9 Echo; III, 519 Augur; III, 644-5 Edera; IV, 165 Maturus; IV, 178-9 Lima; IV, 220-1 Fusus (2); IV, 299 Plectens; IV, 311 Pectus; IV, 396-7 Palmes; IV, 402-3 Repente; IV, 407-8 Membrana; IV, 457-8 Iugerum; V, 46 Amicio; V, 449-50 Polenta; V, 549-50 Bubo; VI, 22 Fusus (2); VI, 55-8 Radius; VI, 58 Pectus; VI, 97 Ciconia; VI, 356-7 Bissus; VII, 80 Scindo; VII, 107 Fornax, Silex; VII, 149 et 186-7 Sopio; VII, 625 Formica; VII, 767-8 Plaga; VIII, 155-6 Exprobro; VIII, 237 Perdix; VIII, 337 Arundo; VIII, 674 Carica; IX, 94-6 Operio; IX, 106 Vortex; IX, 230-1 Pira; IX, 288-90 Tolero; IX, 289-90 Intolerabilis; IX, 660 Bitumen; X, 97 Mirica; X, 475 Vagina; X, 532 Adonis; X, 549 Suillus; X, 715 et 725-7 Adonis; X, 733-4 Bulla; XI, 36 Ligo, Sarcula; XI, 181 Tiara; XI, 191 Maturus; XI, 205-6 Infitor; XI, 448 Consolor; XI, 593 Penetrare; XII, 153 Rancor; XII, 238-40 Recalcitrare; XII, 242-3 Lebes; XII, 271-2 Primitie; XII, 299 Sudes; XII, 362 Prescindo; XIII, 1 Consideo; XIII, 213-14 Consolor; XIII, 294 Orion; XIII, 562 Oppilo; XIII, 638 Tapeta; XIII, 928 Apes; XIV, 46 Palpare; XIV, 56 Inquino; XIV, 78-81 Pira; XIV, 303-4 Quinquies; XV, 3-4 Destino, Predestinare; XV, 392-402 Fenix; XV, 398 Casia; XV, 473-4 Pedica
- *Remedia Amoris* 95 Verba; 191 Pectus; 195 Insero; 799 Eruca
- *Tristia* IV, 10, 35 Clavi
- Persius: I, 16 Sardonix; I, 17-18 Plastes; I, 32 Bissus; I, 33 Rancor; I, 49 Euge; I, 62 Posticum; I, 66 Rubrica; I, 80-1 Sartago; 2, 29-30 Lac; 2, 52-3 Cratera; 2, 64 Casia; 3, 9 Rudens; 3, 10-11 Membrana; 3, 25 Salina; 3, 55 Polenta; 3, 73-4 Locuples; 3, 100-1 Tridens; 3, 104-5 Calx; 4, 4-5 Callidus; 4, 21 Pannus; 4, 39 Palestra; 5, 55 Ciminum; 5, 71 Cantus; 5, 91 Subsannare; 5, 95 Sambuca; 5, 167 Euge; 5, 182 Catinum; 5, 188 Allia; 5, 189 Centurio, Prevarico; 5, 191 Linceo, Polliceor; 6, 36 Casia; 6, 52-4 Amita; 6, 72 Consuetudo
- Petrus Comestor: *Historia Scholastica* (PL 198) 1056 Tenebre; 1062 Repo; 1067 Eden, Paradisus; 1069 Interpres; 1070 Virago, Virgo;

1071 A littera; 1073 Perizoma; 1075 Versatilis; 1082 Levigo; 1083 Tristegum; 1084 Catharacta; 1091 Hur, Ur; 1092 Convallis illustris; 1095 Iubileus; 1097 Abram; 1099 Muliebria; 1103 Velamen; 1111 Primogenita; 1116 Messis; 1118 Admissura; 1126 Stacte; 1127 Bivium; 1132 Resina; 1147 Sponsus; 1150 Cinifes, Rana; 1154 Neomenia, Pasche; 1157 Magdalenus, Maris rubri; 1159 Coturnix; 1160 Gomor; 1169 Ligna sethim, Sethim; 1170 Archa testamenti, Oraculum, Propitiatorium, Semis; 1171 Panes propositionis; 1172 Ace tabulum, Spera; 1173 Emunctorium; 1173-6 Tabernaculum; 1175 Pluma; 1176 Sagum; 1180 Arula; 1182-6 Ephot; 1187 Altare; 1188 Galbanum, Mirra, Onica, Thimiama, Uctionis oleum; 1194 Libamen; 1195 Holocaustum; 1196 Pacifica; 1197 Adeps, Laganum; 1201 Crustum, Torta; 1203 Holocaustoma; 1208 Sagina (*sc.* sigma); 1212 Preputium; 1213 Laicus; 1214 Iubileus; 1219 Zelus; 1220-1 Nazareus; 1221 Fiala, Mortarium; 1223 Tuba legalis, Turris gregis; 1230 Dipsas; 1234 Igniti serpentes; 1241-2 Batus; 1242-5 Cerimonia, Neomenia; 1250 Serotinus; 1251 Decimas tres; 1253 Ariolus; 1254 Communis, Dedicare; 1256 Repudium; 1263 Opprobrium Egypti, Polenta; 1271 Fedus; 1282 Chorus; 1288 Sura; 1289 Molo; 1295 Ramathaim; 1296 Effrateus; 1297 Ablactatio; 1301 Abel, Extalis; 1304 Lenticula; 1309 Fornix; 1310-11 Psaltes; 1311 Asinus panibus plenus; 1312 Pera; 1314 Gradus; 1320 Phiton; 1324-5 Montes Gelboë; 1327 Fusus; 1329 Domatum fistule, Mello; 1331 Acommentariis; 1332 Celeti; 1333 Sanctificata; 1337 Massa palatarum, Palata; 1343 Filius saltus, Nablum; 1345 Vermis; 1353 Indictio; 1354 Zio; 1362 Cathedra, Pastoforia; 1364 Amula, Scutra; 1365 Elul, Trulla; 1369 Ligna thima; 1378 Sarepta; 1391 Coloquintida, Frumentum; 1393 Cabus; 1394 Stragulum; 1397 Latrina; 1449 Duram; 1467 Migma; 1491 Mundus muliebris; 1504 Preputium; 1511 Formella; 1530 Armigata; 1541 Magi; 1552-4 Pharisei; 1557 Agnus; 1565 Sandalium; 1568 Coutor; 1570 Beelzebub; 1572 Sabbato, Scorpio; 1574 Discus, Effeminati; 1576 Quatuor vigilias; 1577 Corban; 1578 Decapolis, Siropheissa; 1579 Grabatum, Piscina, Probatica piscina; 1581 Bariona; 1583 Luna; 1584 Dragma, Siliqua; 1585 Eunuchus, Septuagies septies; 1587 Natatoria; 1588 Foramen; 1589 Sinus Abrahe; 1591 Idropicus; 1592 Electum, Encenia; 1593 Porticus Salomonis; 1596 Sicomorus; 1597 Alabastrum; 1598 *sq.* Asina; 1601 Nummularius; 1602 Corbanan, Gazophilacium; 1605 Nummisma; 1614 Pasche; 1615 Cenaculum; 1623 Plectens; 1627 Parasceve; 1628 Plectens; 1629 Calvaria; 1634 Monumentum; 1655 Porta speciosa; 1663 Libertini; 1670 Candacis; 1717 Scapha; 1719 Insigne; *vide et* Altilia; Primitie

Petrus Lombardus: *Sententiae* iv, 41 Adulter

Petrus Riga: *Aurora Prolog.* Allegoria; *Gn.* 577-82 Cubitus; *Ex.* 419-22

- Ligna sethim; *Lv.* 609-10 et 613-14 Pinnaculum; *Lv.* 643-4 Alietus; *Lv.* 677-8 Larus; *Lv.* 707-12 Onocrotalus; *Lv.* 719-20 Porphirio; *Nm.* 215-16 et 223-6 Pepo; *Dt.* 121-8 Repudium; *Dn.* 459-60 Ipocrita; *Dn.* 543-58 et 561-74 Presbiter; *Evang. Aegidii* 2819 Sindon; *Ac.* 570 Caliga; *Cn.* 690-1 Cincinnus; 1060-1 Canalis; *vide et* Isopus
- Physiologus: Adamas; Rinoceros; Serpens
- Plinius: *Naturalis Historia* II, 9, 35 Bdelium; II, 40, 107 Orix; xxxvii, 8, 107 Topazius
- Priscianus: *Institutiones grammaticae* I, 3 Scribere; I, 6 et I, 8 et I, 14 Cabus; II, 8 Sugo; II, 11 Sedecim; II, 22 Nomen; II, 50 Magdalenus; II, 51 Bissus, Smaragdus; II, 58 Iacinctinus; II, 60 Bissus, Fiscella, Runcina; III, 13 Pridem; III, 23 Detrimentum; III, 24 Novus; III, 33 Vepres, Vulpes; III, 37 Puella; III, 40 Caprea; III, 44 Aculeatus; IV, 5 Parietinas, Runcina; IV, 8 Internecio; IV, 37 Consuetudo; V, 3 Buxus; V, 9 Structio, Vespertilio; V, 16 Uber; V, 23 Nugas; V, 24 Hebes, Teres; V, 28 Torques; V, 31 Acaris; V, 32 Nepos; V, 32-3 Acus; V, 35 Calx, Nicticorax; V, 36 Carectum, Ibices; V, 39 Prevarico; V, 40 Ibices; V, 41 Forceps; V, 42 Predium; V, 54 Sanguis; V, 55 Hebes; V, 56 Figura; V, 59 Nequis; V, 67 Nequis, Siquis; VI, 6 Materfamilias; VI, 16 Margo; VI, 20 Capparais; VI, 30 Ren; VI, 32 Cristallus; VI, 56 Interpres, Queio; VI, 59 Plastes; VI, 65 Cucumer; VI, 66 Polenta, Sanguis; VI, 67 Acaris; VI, 68 Nepos; VI, 70 Rinoceron; VI, 72 Fastus; VI, 76 Ficus; VI, 83 Domus saltus; VI, 86 Pecus; VI, 91 Vulgus; VI, 93 Orix; VI, 94 Suppellex; VII, 29 Plecta; VII, 43 Ibices; VII, 45 Dragma; VII, 73 Ludibrium; VIII, 14 Prescindo; VIII, 35 Expergiscens; VIII, 56 et 57 Sorbitio; VIII, 60 Furo; VIII, 72 Inchoo; VIII, 74 Queso, Trituro; VIII, 75 Sciscitor; VIII, 82-3 Consternor; VIII, 95 Intueri, Tueor; IX, 4-5 Strideo; IX, 9-11 Edo (1); IX, 14 Rudens; IX, 28 Vincio; IX, 32 Explicare; IX, 36 Dimico, Mico; IX, 38 Presto (1); IX 42-3, Fermentum; IX, 48 Prandium; IX, 50 Indulgeo; IX, 51 Fulgeo; IX, 52 Frigo, Mingere; X, 2 Inquo; X, 3 Elicio, Illicio, Pellicio; X, 42 Pango; X, 8 Abortivus, Mors; X, 14 Lambo; X, 21 Expergiscens, Nactus; X, 22 Reminiscor; X, 25 et 27 Tundo; X, 27 Retundo; X, 28 Ostentum; X, 29 Consideo; X, 30 Commessatio; X, 31 Clango; X, 32 Punctus; X, 33 Impingo; X, 34 Tollo; X, 35 Excelsus; X, 36 Alimentum, Demolior; X, 38 Lino; X, 42 Sero; X, 46 Queso, Viso; X, 47 Frigo, Plecta; X, 48 Stertere; X, 49 Sanctus; X, 50 Accitus; X, 51 Salio (1); X, 54 Accitus, Veneo; X, 57 Superbus; XI, 7 Sponte; XI, 33 Spiritus; XIV, 28 Traducere; XIV, 38 Pridie; XIV, 53 Dirumpo; XV, 6 Vespere; XV, 14 Pridie, Rite; XV, 16 Noctu; XV, 19 Presertim, Saltem; XV, 24 Dumtaxat; XV, 29 Aliquando; XV, 35 Agite; XV, 40 O; XV, 41 A littera; XVI, 9 Quam; XVI, 10 Saltem; XVII, 27 Articulus; XVII, 82 Prandium; XVIII, 25 Docilis; XVIII, 39 Frugi; XVIII, 132 Prandium; XVIII, 203 Dirutus; XVIII, 298 Nudiustertius; *vide et* Acinus; Vado

Prudentius: *Apotheosis* 210 Prosper

– *Peristephanon* 3, 212 Altare

– *Psychomachia* 572 Lubricus; 860-1 Bissus

Rabanus: *Commentum in Ecclesiasticum* (PL 109) 996 Tricare

– *Commentum in libros Machabaeorum* (PL 109) 1244 Dioscorus; 1261 Bahen

– *Commentum in librum Sapientiae* (PL 109) 684 Adulterine plantationes, Spurius

– *Vide et Pravicors*

Remigius: *Interpretationes* Abba; Ariel; Bariona; Behemoth; Corban; Elul; Iesus; Nathinei; Scarioth; Ur; Zio

– *Vide et Prescindo*

Richardus de Sancto Victore: *Articulus*

Serlo Wiltonensis: 2, 16 Batus; 2, 28 Edo (2)

App. II: a, M 10 Mino

Servius: *Commentum in Aeneidem* IV, 57 Ovis

Statius: *Achilleis* I, 414 Incus; I, 833 Pectus

– *Thebais* III, 407 Margo; VI, 380 Domus saltus

– *Vide et Mulier*

Theodolus: *Ecloga* 29 Series; 53 Lito; 110 Cortex, Peripsima; 229-30 Agon; 341 Pectus

Valerius Maximus: *Facta ac dicta memorabilia* I, 1, 10 Cerimonia

Virgilius: *Aeneis* I, 203 Olim; I, 327-8 O; I, 432-3 Constipo; I, 522-3 O; I, 672 Cardo; I, 691-3 Irrigo; I, 704 Penuria; I, 724 Cratera; I, 725-7 Lignum; II, 105 Sciscitor; II, 279-80 Interpello; III, 224 Opimatissimus; III, 511 Irrigo; III, 516 Arturus; III, 593 Illuvies; IV, 173-88 Fama; V, 266 Lebes; V, 671-2 Spes; VI, 27 Extrico; VI, 208-9 Bractea; VI, 228 Cadus; VI, 273-7 Vestibulum; VI, 412-13 Forus; VI, 631 Fornix; VII, 30-2 Vortex; VII, 59 Penetrare; VII, 112-13 Penuria; VII, 114-15 Crustum; VII, 247 Tiara; VII, 273 Augur; VIII, 78 O; VIII, 233 Ibices, Silex; VIII, 342 Asilum; IX, 165 Cratera; IX, 174-5 Legio; IX, 358 Tapeta; IX, 524 Scala; IX, 535 Princeps; IX, 711-12 Pila; X, 219-20 Effeminati; X, 449 Opimatissimus; X, 674-5 Palare; X, 806 Fornix; XI, 9-10 Torax; XI, 143-4 Discriminalia; XI, 344-5 Mussito; XI, 768 Effeminati; XII, 241-3 Miseret; XII, 381-2 Torax; XII, 577 Trucidare; XII, 656-7 Mussito

– *Bucolica* I, 74 Insero; 3, 103 Fascinus; 5, 38-9 Paliurus; 6, 62-3 Cortex; 10, 19 Oppilio; 10, 49 A littera

– *Georgica* I, 71 Novale; I, 74-6 Siliqua; I, 75-6 Vicia; I, 145-6 Improbis; I, 187-8 Amigdalus; I, 261-2 Retundo; Tundo; I, 266 Fi-

scella; II, 194 Repandus; II, 241-2 Excolans; II, 542 Allegoria; III,
231 Carectum; IV, 267 Retundo, Tundo
- *Moretum* 12 Pilum; 42-3 Sincerus
Vita Sancti Iohannis Eleemosinarii (PL 73) 344 Rogo

VOLUMEN HOC ANTENOREIS IN ÆDIBUS
TYPIS OFFICINÆ VERONENSIS VALDONEGA
MENSE APRILI MCMLXXV IMPRESSUM EST

